

21


DISSERT 53 : 116

Nicht ausleihbar

ULB Düsseldorf



+4165 612 01



1/

1/Ps

2/i

2/Eph

3/S

4/J

E

i

i

a

3/6

6/

## Dissertationum Vol. 33.

- 1/ P. A. Ulrich, subpres., F. S. Schrödt, de causis feudi amittendis
- 2/ Eust. subpres. J. W. Ebenhöch de feudor. objecto &c.
- 3/ J. C. Erbermann, de feudis imp. rom. germanici.
- 4/ Manifest eiusm. anno 1652 nro. 11945 zu dem 8. Nov. 1652. zu  
Edu. Maximiliani haenius zu genfhabauz igre  
in anno Stadt Zöll - Garantie ist ... Hanßlisch ist  
aus gründlicher Rütt fürgtzauer zuftandige  
intraden iur. prohibition. regulayn ge-  
wütignt anno dñi 1653
- 5/ G. Moll de feudo sub clausula: prote et habe-  
dibus tuis.
- 6/ C. Thomasii de feudis oblatis

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

d. 2

# JURISPRUDENTIÆ FEUDALIS DISSERTATIO ULTIMA **CAUSAS FEUDI AMITTENDI,** JUDICIUM, ET PROCESSUM FEU- DALEM EXPONENS,

SUBJUNCTIS EX UNIVERSO JURE COROLLARIIS:  
QUAM ADJUVANTE DIVINA GRATIA  
SUB RECTORATU

*REVERENDISSIMI, PERILLUSTRIS ac PER QUAM GRATIOSI DOMINI,*

**D. JOANNIS VITI L.B. à WÜRZBURG,**  
Imperialis Ecclesiæ Bambergensis & Cathedralis Herbipo-  
lensis respectivè DECANI, & CANONICI CAPITULARIS, Eque-  
stris Ecclesiæ Comburgensis PRÆPOSITI, Eminentissimi Principis Electoris  
Moguntini & Episcopi Bambergensis, nec non Reverendissimi & Celsissimi  
Episcopi Principis Herbipolensis CONSILIARII INTIMI,

Universitatis RECTORIS MAGNIFICI

ANNUENTE INCLYTA FACULTATE JURIDICA  
IN CELEBERRIMA FRANCIAE ORIENTALIS  
UNIVERSITATE

SUB PRÆSIDIO

*Nobilis, Clarissimi, & Consultissimi Viri ac Domini,*

**D. PHILIPPI ADAMI ULRICH,**  
U. J. Doctoris, Codicis Professoris publici & Ordinarii, Facultat.  
Jurid. Senior. & p. t. Decani, Reverendissimi & Celsissimi Principis  
Episcopi Herbipol. Consiliarii.

*TRIBUS EXAMINIBUS RITE TENTATUS ET APPROBATUS  
PRO CONSEQUENDA IN UTROQUE JURE LICENTIA*

*Publicæ Disputationi subjecit*

**FRANCISCUS SEBALDUS SCHRODT, Herbip.**  
J. U. Candid. Author & Respondens.

IN CONSUETO AUDITORIO JURIDICO

*Anno M DCC XXVII. die 22. Mensis Septembr. horis ante. 9 post meridiem consuetas.*

---

Herbipoli, Typis Marci Antonii Engmanni, Universitatis Typographi.

JURISPRUDENTIAE FEDATIS  
DISSEMINATIO CULTA  
CAUSAS ET EQUID AMITTENDA  
JUDICIA ET PROCESSIONES  
DILECTIO EXPOSONENS  
SALVATORIS ET PROGREDIENS  
OMNIA ADIUVANTE DIVINA GRATIA  
SIR RICHTORATI

X. IOANNIS AVITIUS ET MIRABILIS

Imperialis Regesque parvissimumque Capitalium Imperiorum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum

TRINOGO, Goticus, foliorum quatuor de Quatuor, Etiam  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum

PHILIPPI AGRICOLA

Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum

TRINOCLESUS SURNICUS SURNICUS

Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum

TRINOCLESUS SURNICUS SURNICUS

Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum  
Imperiale Regis Vasorum et Coronarum

REVERENDISSIMO  
ET  
CELSISSIMO  
S. R. I. PRINCIPI  
AC DOMINO,  
DOMINO  
CHRISTOPHORO  
FRANCISCO,  
DEI GRATIA EPISCOPO  
HERBIPOLENSI,  
ET  
FRANCIAE ORIENTALIS  
D U C I, &c.  
  
DOMINO, DOMINO  
CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIMO  
ET  
EXCELSISSIMO  
S. R. I. PRINCIPI  
AC DOMINO  
DOMINO  
CHRISTOPHORO  
FRANCISCO  
DEI GRATIA EPISCOPO  
HERBIPOLENSIS  
FRANCIE ORIENTALIS  
DUCI AC  
DOMINO DOMINO  
CLEMENTIA

REVERENDISSIME  
ET  
CELSISSIME  
PRINCEPS,  
DOMINE, DOMINE  
CLEMENTISSIME.

**P**rimus, quem sub exordium Gloriosissimi Regimini-  
nis TUI, cudi fecisti, Nummus aureus, No-  
bile Principalis Sapientiae & Clementiae TUÆ  
Symbolum exhibit, melleum nimirum Apum  
exercitum, ad prævoli Regis nutum, leni ala-  
rum plausu Alveari approperantem. Quid enim mitis ille si-  
ne aculeo Dux, quid dulcis in pectore Ducis, officina mellis lo-  
quuntur apertius, quàm excellsum CLEMENTISSIMI PRIN-  
CIPIS animum, suavissimâ in subjectam sibi Franconiam Bene-  
ficiantia

ficiā circumfusum? Nidificans olim in Magni Ambrosii, ad-  
huc infantis, ore, examen apum, Divinam illam portendit Sa-  
pientiam, quā non Mediolanensem solum sed Universam Eccle-  
siā eloquentissimus Antistes eruditivit. Jam pridem Amplissi-  
ma mens TUA, CELSISSIME PRINCEPS, in Alveare tran-  
sūt, in quo omnem Sacrae politiorisque Sapientiae thesaurum,  
Et quidquid ad Florentissimi Ducalis Episcopatus felicitatem  
magna illa Regendi ars vel invenire vel dictare potest, longo  
usu, infatigabili dexteritate non tam reconditum circumfers,  
quam ad subditorum Tuorum delicias, libandum propinas.  
Toties profectò distillant labia Tua myrrham primam, aut fa-  
vum mellis, quoties in salutem Patriæ aut agis, aut loqueris,  
nec suum jam Italis Ambrosium, aut Bizantinis Chrysostomum  
invidet Franconia, quando Utriusque sublimes dotes Et merita,  
in CHRISTOPHORO FRANCISCO, &  
Præsule & Duce letabunda veneratur. Hunc autem melli-  
fluum Clementiae Sapientiaeque apparatum, non ut argumento-  
sa Apis, Tuus Tibi solum labor Et industria conquisitivit, sed Illu-  
strissima, ex qua gloriose descendisti Stirps, cum Hutteniano  
Sanguine infudit. Est enim hæc Antiquissimæ Familiae prero-  
gativa Et gloria, quod Principem dederit Imperio, Antisti-  
tem Ecclesiae, qui aliud nasci non potuit, nisi Clementissimus  
Et Sapientissimus. Quod si enim REVERENDISSIMÆ CEL-  
SITUDINIS TUÆ Genealogicas Tabulas in proximis Gradi-  
bus vel celeri oculo percurro, sex omnino Et viginti Eminen-  
tissimos, Reverendissimos Et Celsissimos, Archi-Episcopos,  
Electores, Episcopos, Magnos Ordinis Teutonici Magistros Et  
Principes Progenitoribus Tuis Et Agnatis aut Consanguineis à  
Paterno

Paterno Maternaque Lineæ Familis REVERENDISSIMÆ  
CELSITUDINI TUÆ Affines & Agnatos suspicio, qui sacram  
Tibi hæreditario penè titulo transcriperunt Majestatem, sum-  
misque Infulis Pedisque Pontificiis implexam Pastoralem Leni-  
tatem infuderunt. Quodsi vero præteriorum temporum res  
gestas, & celebriores Imperii Romano-Germanici Aulas & E-  
ruditorum insuper Lyrae perlustro, Nativis splendoribus suis  
conficui in oculos incurront, Ehrenrici, Rudolphi, Friderici,  
Ludovici, Frœvini, Luca, Huldrici, complurésque alii Hut-  
teniani Nominis stemmatisque Heroës Inclyti, quos intimo-  
rum conciliorum ac Provinciarum Praesides, Primos maximo-  
rum Electorum ac Principum in rebus arduis pertractandis Mi-  
nistros, editis quoque & Posteritati relicts omnigenæ eruditio-  
nis documentis Scriptores Illustres & Lectissimos, Viva quon-  
dam Scientiarum Nobiliorumque artium domicilia, Sapientie  
Suæ non stillas aliquas, sed fontes integros in CELSISSIMUM  
Nepotem suum transfusisse admiramus. Quodsi proinde  
REVERENDISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ Imaginem,  
inter Majorum, Agnatorum, Progenitorumque Tuorum vul-  
tus, ceu inter minora, pariave sidera, solis Parelion colloca-  
tam liceret cernere, hanc unam epigraphen subscriberem:  
Divisa per omnes, in Te cuncta capis, & quæ divisa beatos  
efficiunt, collecta tenes. Quapropter mirum non est, si CEL-  
SISSIMUM CLEMENTISSIMUMQUE, ausim addere,  
Mellifluum Ducem, examer apum denso, sed submississi-  
mo ad obsequia agmine insequens, lemma, quod Modestissi-  
ma Magnanimitas Tua Nummo ac Api Symbolicæ subscripsit:  
Gregis amor Ducem fecit, paucis mutatis, affectu devo-  
tissimo


tissimo apponat: Ducis amor, Gregem trahit. Trabit  
sanè ad perennem cultum venerationemque Tuam, trahit ad  
Nutus Clementissimæ imperia Tua; trahit ad tentandam,  
quantum par est, Virtutis & Sapientiae imitationem. Stipato  
huic devotissimorum subditorum agmini, me quantumvis in-  
fimum minimumque adjungo, nec sine prædâ & munere flo-  
rido, quod ex fœcundissimo Jurisprudentie viridario collegi.  
Hoc pedibus advolvo Tuis REVERENDISSIME & CELSSI-  
ME PRINCEPS, & si mel non est, quod in Aris & hostiis  
suis severa in Lege veteri Majestas Numinis aversabatur,  
Ceram tamen aut cereum Principalis Clementiae Tuæ solio sub-  
sterno. Ardet hic humillimo affectu: ut luceat, suo Clemen-  
tissimo Patrocinio annutuque efficiet: Lucebit autem ardebit-  
que perpetui subjectissimique affectus ignibus, cum vitâ fortu-  
nisque suis in Clementissimi Principis obsequiis consumendus.  
Quod profundè in terram inclinatus, cum ardenterimâ Lon-  
gævæ incolumitatis felicitatisque appreicatione, contestans,  
sum

## REVERENDISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

Servorum infimus, devotissimus &  
obsequentissimus

FRANCISCUS SEBALDUS SCHRODT,  
J. U. Cand.

Trabit  
trabit ad  
tandam,  
Stipato  
mvis in-  
nere flo-  
o collegi.  
ELSSI-  
S hostiis  
abatur,  
lio sub-  
lemen-  
debit-  
fortu-  
endus.  
â Lon-  
sians,



## ARTICULUS XIX.

### *Ex quibus Causis feudum Resolvatur.*

#### S U M M A R I A.

1. Connexio.
2. De jure antiquo feuda pro libitu potuerunt adimi.
3. Causa feudi amittendi quotuplices.
4. Amittitur morte Vasalli & successorum.
5. Rei interitu totali.
6. Refutatione.
7. Resolvuntur objectiones.
8. Ad refutationem feudi descendentium & agnatorum consensu non requiritur.
9. Tam Domino quam descendantibus feudum potest refutari.
10. Quid si remotiori agnato refutetur?
11. Extraneis feudum refutari non potest.
12. Effectus refutationis.
13. Amittitur susceptione clericatus.
14. Utrum Equites Ordinis Teutonici feudorum capaces sint?
15. Amittitur ob defectum corporis.
16. Finitur etiam lapsu temporis.
17. Prescriptione.
18. Evictione.
19. Cessione & publicatione bonorum.
20. Amplificantur dicta de publicatione bonorum.
21. Feudum publicatione bonorum amissum an fisco cedat?
22. An ob supervenientiam liberorum feudum revocari possit?
23. Etymologia felonie.
24. Definitio & divisio felonie.
25. Directe in Dominum committit

mittit Vasallus feloniam ac propterea feudum perdit si ei  
impias manus inferat. 26. Limitantur dicta de impiâ ma-  
nuum illatione. 27. Si injuriâ verbali Dominum afficiat.  
28. Si in Domini perniciem cum inimicis ejus amicitias  
contrahat. 29. Si Dominum de crimen capitali accuset.  
30. Limitantur dicta de Vasallo accusatore. 31. Si Dominus  
per delationem grave damnum inferat. 32. Si contra Do-  
minum testimonium dicat. 33. Si actione famosâ Domi-  
num conveniat. 34. Si secreta Domini dolosè revelet. 35.  
Si Domino justitiam facere recusat. 36. Indirectè in Do-  
minum committit Vasallus feloniam si eum cucurbitet. 37.  
Si pudicitiam uxoris Domini expugnare conetur. 38. An  
eadem procedant in uxore illegitimâ? 39. An ad sponsam  
sint extendenda? 40. Quid si cum concubinâ Domini pecca-  
verit? 41. Respondetur ad contraria. 42. Vasallus cum  
viduâ Domini concumbens non perdit feudum. 43. Secùs  
si cum filiâ ejus, vel nuru, aut nepte ex filio concumbat.  
44. Quid in sorore Domini obtineat? 45. Resolvitur ob-  
jectio. 46. An conatus & turpis lusus in personis hisce  
vindicetur. 47. Ignorantia Vasalli aut consensus Domini  
excusat à privatione feudi. 48. Occasione rerum delinquit  
Vasallus, si feudum dolosè alienet. 49. Resolvuntur ob-  
jectiones. 50. Ad hoc, ut alienatio privationem feudi in-  
ducat, requiritur, ut Vasallus sciens feudum esse illud a-  
lienaverit. 51. Dubitanti non officit alienatio. 52. Clau-  
sula salutares alienationi adjecta pœnam evitari faciunt.  
53. An requiratur ut actualis feudi traditio contractum a-  
lienationis sit secuta. 54. Ut Dominus declaret se feudum  
habere pro commissio requiritur. 55. Si Dominus, antequam  
animum suum declaravit, mortuus sit, possintne heredes  
ejus feudum revocare. 56. Pœna emptoris & notarii

instru-

instrumentum alienationis conficientis. 57. Ob deteriorationem quoque feudum amittitur. 58. Item si Vasallus feudum aut ejus qualitatem inficietur. 59. An si fendi instrumentum abneget? 60. Invasio castri ad Dominum pertinentis privationem feudi inducit. 61. Culpe in extraneum commissa prima species est parricidium. 62. Quid si Vasallus fratrem Domini occidat. 63. Quid si sibi ipsi violentas manus inferat. 64. 2da species est traditio convassalli. 65. 3tia, Crimen lese Majestatis. 66. 4ta Incestus. 67. Ex culpa omissionis Vasallus perdit feudum, si periculum Domino imminens cum posset non manifestaverit. 68. Si Dominum carcere detentum non liberaverit. 69. Si Dominum inopem alere recusaverit. 70. Si Dominum in prælio campestri deseruerit. 71. An excusatetur si iterum redeat? 72. Quid si plures feudum commune habeant & unus eorum Dominum in prælio deserat. 73. Recensentur casus, quibus Vasallo integrum est Dominum in acie deserere. 74. Quid si substitutus fugerit. 75. Si Vasallus investituram intrat tempus legitimum non petierit. 76. Si requisitus servitia non praefiterit. 77. An culpa unius alteri noceat. 78. Ad amissionem feudi requiritur sententia. 79. Dominus auctoritate propria feudum occupare non potest. 80. Ad quem feudum amissum devolvatur? 81. Feudum antiquum non remanet apud Dominum in perpetuum. 82. Nonnunquam feudum statim ad proximos agnatos devolvitur, et si feloniam in Dominum fuerit commissa. 83. Felonia invitio agnatis remitti potest. 84. Ex quibus causis Dominum Directum amittatur. 85. Cuinam amissum applicetur.

*Connexio.*



I. Discussis feudi constituendi & acquirendi modis , cognitisque effectibus ex feudo legitimè constituto & acquisito resultantibus , ad inquirendas causas , propter quas feudum iterum amittitur , & finitur , ordine deducti sumus.

*Quidnam  
jure antiquo  
obtinuerit.* 2. Ubi prænotandum , jure feudorum antiquissimo pro libitu & arbitrio Domini Vasallis etiam non delinquentibus feuda adimi potuisse i. f. 1. §. 1. donec introductâ primùm firmitate annuâ , eâque postea usque ad vitam fidelis productâ , paulatim eò per ventum fuerit , ut ad filios quoque feudum deveniret . i. f. 1. §. 1. Vers. postea verò . quod Conradus ad petitionem suorum fidelium ad nepotes ex filio produxit . i. f. 1. §. 2. tandem jure novissimo hoc ità ampliatum est , ut descendentes masculi in infinitum succedant i. f. 1. §. 4. nec feudo sine causâ privari possint i. f. 21.

*Causæ a-  
missionis  
quotuplices.* 3. Causæ illæ , propter quas feudum amittitur , licet teste Oberto de Orto 2. f. 23. tam multiplices sint , ac variæ , ut certâ aliquâ regulâ , & definitione roundâ comprehendi non possint , adhæc duo summa genera reduci possunt , quod nempè feudum amittatur vel ob culpam Vasalli , vel citra ejus culpam .

*Amittitur  
morte Vasal-  
li , si hæc sit  
natura feu-  
di , vel non  
ad finit suc-  
cessores feu-  
dales.* 4. Amissio sine culpâ Vasalli variis modis contingit , & primò quidem morte Vasalli tām civili quām naturali . arg. L. penult . Cod. de Usufructu . non tamen generaliter & indistinctè , sed certis duntaxat casibus , veluti si hæc sit feudorum natura , ut ad hæredes non transeant , qualia sunt feudum Cameræ , Cavenæ , Soldatæ , Habitationis &c. vel si Vasallus non relictis successoribus feudalibus , aut Coinvestitis mortuus sit . i. f. 5. in pr. Vers. rursus . & i. f. 13. Vers. et si cli- entulus . Itterus de feud . Imper . Cap. 24. n. 2. non enim existentibus in primâ investiturâ ad successionem vocatis necessariò feudum revertitur ad Dominum , qui liberam de feudo hoc speciem allodii habente disponendi , illudque cuicunque voluerit conferendi facultatem consequitur arg. L. 21. Cod. Mandati

*Mandati Gail. lib. 2. observ. 148. n. 2. & 3. Rittersh. lib. 2. Cap. 6. quest. 4. Curt. Sen. Conf. 47. n. 12. incip. super controvers. Rosenthal Cap. 7. Conclus. 24. n. 19. & seqq. Ludwel. Synop. J. F. Cap. 18. pag. 473.*

5. Secundò amittitur, sive potius finitur feudum sine Rei inter-  
ritu totali. culpâ Vasalli, si res in feudum concessa totaliter interierit. *arg. L. 15. s. 2. ff. Locati.* feudum enim est jus in corpore, quo sublatu & ipsum tolli necessè est. *arg. pr. Inst. de Usu-  
fr. & L. 1. Cod. de Jure Emphyteut.*

Dixi *si totaliter interierit*. nam licet ædes feudales colabantur, vel incendio consumantur, feudum nihilominus in ipso fundo subsistit. *Hearic. Bocer. tract. de mod. amitt. feud. absque culpâ n. 47. & seq.* ac per hoc differt ab ipso usufructu, qui rei superficiem potius, quam ipsam rem sive fundum concernit, feudum verò tanquam species dominii ipsam rei substantiam tangit, atque in solum & aream pene-  
trat. *Struv. Syntag. J. F. Cap. 15. Aph. 4.*

6. Tertiò. Refutatione, quæ nihil aliud est, quam re-  
nuntiatio, vel cessio feudi facta à Vasallo. *Cujac. ad tit. 14. lib. 2. f.* estque duplex alia *propria*, quæ fit ipsi Domino, seu ut feudista loquuntur, quæ fit in manus Domini, alia *impro-  
pria*, quæ fit descendantibus, aut agnatis. Utraque fieri potest non tantùm volente, sed etiam nolente Domino *1. f. 38.* tam in feudo conditionato, id est ad certa servitia dato, quam in feudo simileiter & indeterminatè concesso. Itter. *de feud. Imp. Cap. 22. n. 9. Vultej. lib 1. Cap. 10. n. 76. Myn-  
singer. Cent. 5. obs. 65.* ex ratione quod feuda principaliter in favorem Vasalli concedantur, cui renunciare licitum esse satis constat *ex L. penult. Cod. de pact.* modò refutatio non fiat intempestivè & dolo malo, eo tempore v. g. quo dominum ad expeditionem bellicam paratum comitari deberet Vultej. *Cap. 10. n. 76. & in memoriam accepti beneficij domini-  
num postea non offendat. 2.f.38. in fin. Stryck. E. J. F. Cap. 22.  
q. 13. & 14.* ubi tradit non esse concessum Domino feudum à Vasallo renuente, extra casum delicti, revocare: quia in Non tamen  
intempe-  
stivè.

feudo ( saltem si datum fuerit ) potius de favore Vasalli quam domini agitur.

**Resolu-**  
**nus obiectio-**  
**nus.** 7. Non obstat, quod feudum referatur ad contractus ultrò citrōque obligatorios, 2. f. 6. à quibus invito altero non licet recedere. arg L. 5. Cod de oblig. & act. Rdeo enim 1mō. non omnes contractus tām firmos esse, ut non liceat ab eis recedere, ut patet in contractu societatis, cui, licet sit ultrò citrōque obligatorius, invito socio renunciare est permisum. f. 4. Inst. de societat. Rdeo 2dō. hoc esse quid speciale in feudo, ratio specialitatis est, quia Vasallus non tām propter obligationem personalem, quam ipsam rem, & sic causativē ad servitia, & alia tenetur, hinc re in manus Domini restitutā videtur quoque ab ipsā obligatione eximendus. Carol. Molin. in consuetud. parif. tit. 1. f. 1. gloss. s. n. 3. & seq. Bald. in Cap. 1. n. 6. de Vasallo qui contra constit. Lotharii &c. Nec adversatur, quod Dominus & Vasallus obligentur sibi ad paria, Dominus verò non possit feudum Vasallo liberè auferre 1. f. 21. Nam argumentum à relatis tūm demūm procedit, si par utrobique sit ratio, at hic diversam esse patet ex eo, quod Domino per refutationem non præjudicetur, cùm plenam recipiat rei suae proprietatem, ac facile pro feudo alium inveniet Vasallum, Vasallus econtra, si Domino liceret pro arbitrio feendum revocare, damnum utique pateretur, nec tām facile alium invenire posset, qui ipsi beneficium daret.

**Ad refuta-**  
**tionem non**  
**requiritur**  
**consensus**  
**agnatorum.** 8. Sive autem volente sive nolente, Domino refutatio feudi fiat, descendantium aut agnatorum consensus non requiriatur, nec iis per ejusmodi refutationem quicquam præjudicatur, eò quod si feendum novum fuerit, in eo nulli adhuc sicut quæsitum, si antiquum, ejus refutatio non duret ultrà vitam refutantis, quo mortuo jus à primo acquirente descendantibus & agnatis quæsitum ad eos devolvitur Zas. tract. de feud. part. 10. n. 88. Hottomann. Conf. 31. n. 19. Curt. jun. part. 4. n. 147. nisi & illi in refutationem consenserint, vel per annum à die scientiæ tacuerint. 2. f. 26. g. titius. Rosenth. Cap. 9. concl. 77. n. 9.

obstat

2 A

9. Non

9. Non tantum Domino, sed & descendantibus feudum. *Potest fieri*  
*tam novum, quam antiquum refutari posse certum est, quia refutatio*  
*utriusque successio iis debetur; nec dubitatur quin fieri possit*  
*refutatio proximi agnato, modò sit feudum antiquum, no-*  
*vum enim agnato refutatum nihilominus revertitur ad Domi-*  
*nium, quia refutatio ei, qui jus succedendi non habet, facta*  
*pro alienatione habetur. Ut eleganter tradit Hottomann. lib.*

*1. conf. 4.*

10. Sed quid si remotiori agnato fiat refutatio? Vultej. *An etiam*  
*lib. 1. Cap. 10. n. 77. in fin. indistinctè respondet, conclusum*  
*est refutationem etiam illam valere respectu quidem Domini*  
*simpliciter, respectu autem agnati proximioris ita, ut ipse*  
*revocandi feudum potestatem habeat: Ego cum Henric. Bo-*  
*cer. tract. de jure Dom. & Vasall. lib. 2. cap. 6. n. 48. Rdeo*  
*interesse, an refutatio pretio accepto facta sit, an verò gra-*  
*tis, priore casu potest agnatus proximior vivo etiamnum.*  
*Vasallo oblato æquali pretio feudum revocare 2. f. 3. s. sed*  
*etiam, posteriore casu mortem refutantis exspectare cogitur*  
*2. f. 26. s. Titius. Similiter si uni ex agnatis proximis Vasal-*  
*lus feudum refutaverit, reliquis sub datâ distinctione jus revo-*  
*candi pro ratâ competit. Henric. Boçer. cit. loco n. 51. & seq.*  
*Struv. cap. 12. aph. 14.*

11. Extraneis, quorum nomine etiam veniunt agnati *Extraneis*  
*respectu feudi novi, respectu antiqui illi, qui in primâ inve-*  
*stiturâ comprehensi non sunt, refutatio fieri non potest, nisi*  
*accedente consensu eorum, quorum interest, quoniam hu-*  
*jusmodi refutatio magis propriè est alienatio jure feudali pro-*  
*hibita. Hottom. Conf. 31.*

12. Effectus refutationis legitimè factæ est, quod Vasal- *Refutatio*  
*lus liberetur à jurejurando, & servitiis Domino præstandis,* *nisi Effectus.*  
*eum tamen ob pristinæ fidelitatis reverentiam offendere non*  
*debet. 2. f. 38. in fin. Rittersh. lib. 2. cap. 2. q. 12. Stryck.*  
*E. J. F. cap. 22. q. 13.*

13. Quartus sine culpâ feudum amittendi modus est su- *Susceptione*  
*sceptio clericatûs. 2. f. 26. s. qui clericus. Ubi habetur, qui* *Clericatûs.*  
*clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feu-*  
*dum*

dum amittit. Quod confirmatur per textum 2.f.30. & 2.f.21. in cuius fine additur hæc ratio , eò quòd dedit esse miles seculi , qui factus est miles Christi , nec beneficium pertinet ad eum , qui non debet gerere officium. Hunnius cap. 10. pag. 247. Mynsing. Cent. 5. observ. 48. Vultej. lib. 1. Cap. 9. n. 67. Pistor. lib. 2. q. 33. n. 11. nisi tamen ut bene monet Schamb. de feud. tit. 26. n. 7. à Domino impetraverit, ut ei per substitutum servire possit , vel feudo talia annexa sint servitia , quæ æquè commode præstari possunt à Clerico , aut consuetudine loci aliud sit receptum : quemadmodum Itter. de feud. Imp. cap. 13. n. 23. Schulz. Cap. 8. n. 95. & plures alii tradunt, in Germaniâ consuetudine receptum esse , ut Clerici seculares , præsertim Illustres , & Ecclesiasticâ dignitate fulgentes non tantum feuda dignitati Ecclesiastice annexa , verùm etiam ea , quæ ex hæreditate paternâ , aut aliundè sive ante , sive post suscep̄tam dignitatem Ecclesiasticam successionis jure ad eos devoluta sunt , retinere possint.

*Utrum E-  
quites Ordini-  
nis Teutoni-  
ci feudorum  
capaces sint?*

14. De Religiosorum Ordinum Equitibus Hierosolymitanis , seu Teutonicis , & Melitensibus seu Joanniticis major inter feudistas exsurgit controversia , nûm & Illi instar aliorum Clericorum feudorum incapaces sint ? Et quanquam non desint , qui ob generalitatem textuum eos feudorum incapaces esse statuant Alciat : Refp. 29. n. 6. Menoch. de Arbitr. jud. quest. 231. n. 5. lib. 2. Pilo. in pralud. sub tit. An milites Hierosolymitani sint feudorum capaces. Rectius tamen Negativam tuentur Itter. de feud. Imp. cap. 14. n. 24. Curt. Sen. Conf. 62. n. 63. Rosenth. cap. 7. concl. 30. n. 10. & seqq. Schrader. p. 7. cap. 5. n. 30. eò quòd ratio Clericos à feudis submovens in ejusmodi Ordinis Equitibus cesset , utpote cùm Illi militiæ potissimum suam addixerint operam , & proindè ad militaria Vasallorum officia eò promptiores utilioresque existant. Modò legibus & conditionibus Ordini suo non sint ita devinēti , ut ea , quæ juramento fidelitatis continentur præstare nequeant.

*Defectus cor-  
poris.*

15. Quintus modus est defectus corporis , veluti si Vassallus fiat mutus , surdus , cæcus , vel in aliud vitium incidat

dat, ob quod ad præstanta Domino servitia fit inhabilis *r. f.*  
*6. s. 2.* ubi dicitur: Mutus feudum retinere non potest, sci- *Defectu corporis.*  
 licet qui nullo modo loquitur, quo casu tamen Vasallo, si  
 aliundè se non possit alere & feudum fuerit magnum, tan-  
 tum relinqu debet, unde se sustentare valeat. Et hoc pro-  
 cedit, sive feudum fuerit novum, sive antiquum, sive viti-  
 um sit naturale, sive accidentale, modò sit perpetuum, si enim  
 industriâ & curâ Medicorum sanari possit, feudum non amit-  
 tit, sed poterit interim, donec sanitati restituatur, Do-  
 mino per substitutum servire *arg. 2. f. 24. s. 2. Vers. aliud est.*

*16. Sextò finitur feudum absque culpâ Vasalli lapsu tem-*  
*poris, ad quod contra regularem feudi naturam vel expressè vel*  
*tacitè fuit concessum *i. f. 2. & L. 23. ff. de R. J. Rittersh. lib.**  
*2. Cap. 6. q. 7. idem dicendum de feudo sub conditione con-*  
*cessio.*

*17. Septimò præscriptione, quando nimirūm Dominus *Prescriptio-**  
*directus triginta annorum spatio nemine investituram petente *one**  
*rem feudalem jure pleni Dominii possedit. *arg. L. 4. s. fin.**  
*ff. de Usucap. & L. 6. ff. de servit. urb. præd. Mynsing. Cent.*  
*4. obs. 28. Vultej. lib. 1. cap. 9. n. 17. Zaf. part. 6. n. 33.*

*plura de hac re vide suprà *Art. 12.**

*18. Octavò Evictione, quando Vasallo de feudo con-*  
*tendente, rem non esse feudalem judicatum fuit. Schrader.*  
*part. 9. cap. 10. n. 4. Rittersh. lib. 2. cap. 6. q. 12.*

*19. Nonò cessione de quâ Schrad. *d. l. & Rittersh. d.* *Cessione &**  
*cap. q. 11. uti & publicatione bonorum, quippè quâ bona *publicatio-**  
*quæcumque tām allodialia, quām feudalia auferuntur: No-*  
*tandum tamen jus confiscandi non pertinere ad Dominum feu-*  
*di, nisi insuper ordinarius sit Vasalli Magistratus, & confis-*  
*cationem bonorum ad feuda quoque extendi, etsi Superior*  
*eam decernens non sit Dominus feudi; Hinc Vasalli media-*  
*ti bonis ab Imperatore publicatis feuda quoque comprehen-*  
*duntur, & nova ad Dominum, antiqua autem ad agnatos,*  
*excluso fisco deferuntur. *Capit. CAROLI VI. Art. 20. &**

*21.*

B

*20. Di-*

*Amplifica-* 20. Dicta procedunt, etiamsi publicatio facta fuerit ex  
*tiones de* delicto communi, quod Vasallus non ut Vasallus, sed ut ci-  
*publicatione* vis committit. Non obſt. 2. f. 26. §. in generali. R̄deo enim  
*bonorum.* textum non loqui de confiſcatione, de quā hic, ſed de ge-  
 nerali bonorum alienatione, quæ à Vasallo fit, illa comple-  
 tetur feudum, hæc non æquè, niſi nominatim expreſſum fit,  
 quia feudum non eſt in pleno Vasalli Dominio. 2dō. Proce-  
 dunt, etiſi feudum alibi ſitum fit, ſive qui confiſcationem de-  
 cernit ipſe, ſive aliis fit Dominus feudi, dummodo Magiſtrati  
 bonorum publicationem irroganti vel ex domicilio, vel ex  
 deprehensione, vel ex loco delicti commiſſi jurisdictione in Va-  
 fallum competat. Cap. 14. de for. comp. Non obſt. L. fin. ff.  
 de Jurisd. Nam r̄deo Magiſtratum, qui bonorum confiſca-  
 tionem decernit, non in alieno, ſed proprio territorio ha-  
 bitâ ratione vel domicilii, vel deprehensionis, vel delicti  
 commiſſi, juſ in reum criminis communis commiſſi  
 dicere, nec iſum, ſed Magiſtratum loci, ubi feudum  
 ſitum, ſententiam exequi, hancque delinquentis personam  
 directe, bona feudalia alibi ſita autem per conſequentiā  
 tantū afficer. Procedunt 3t̄o etiſi feudum fit Ecclesiasti-  
 cum arg. cap. 5. de Judic. Non obſt. 2. f. 21. pr. & clement.  
 2. deſent. & re Jud. nam r̄deo 1. ad 2. f. 21. ibi agi de feu-  
 do ſeculari Vasallo non ob publicationem bonorum, ſed ob  
 emiſſam professionem monaſticam abjudicato. r̄deo 2. ad d.  
 clement. 2. ibi irritam declarari à Pontifice bonorum & juri-  
 um confiſcationem Roberto Siciliæ Regi ab Henrico VII. Im-  
 peratore ex prætenſo laſſæ Majestatis criminē irrogatam, non  
 ideò quaſi Regnum Siciliæ tanquam Ecclesiæ Romanæ feudum  
 à confiſcatione Regiæ excipiendum fit, ſed potius eā de cauſā,  
 quod 1. locus, ad quem dictus Rex citatus erat, non fuerit  
 tutus, ideoque ille nec comparuerit, nec comparere debue-  
 rit. 2. Rex Robertus extra Imperium in Siciliæ Regno habi-  
 taverit, proindeque ab Imperatore non immediate, ut fa-  
 ctum erat, ſed mediata, requiſito Pontifice, tanquam judi-  
 ce Regis ordinario citari debuerit. 3. Rex Siciliæ tanquam  
 Pontificis Vasallus ligius, & ſubditus, in Imperatorem laſſæ  
 Majestatis reus fieri non potuerit. Dicta procedunt 4t̄o, li-

cet Vasallus servitia præstare possit, vel non teneatur, ut in feudo Franco, sufficit enim Vasallum ob delictum commune, confiscationis poenam post se trahens, feudo indignum reddi.  
Schrad. part. 9. cap. 9. n. 17.

21. Non tamen id fisco cedet, cit. Capit. CAROLI VI. Feudum ob Art. 20. & 21. nec liberis, præcipue si eis delata sit hæreditas, publicatio- nè vindictam querant, sed statim novum Domino, antiquum nem bono- agnatis, non enim hic agitur de feloniam in Dominum com- rum amis- missa, quo casu feudum ad eum devolvi statuetur infra, sum cui ce- donec Vasallus ejusque liberi supersunt, sed de delicto com- dat.

muni, quo Magistratus & cives offenduntur, non Dominus ut talis: potest verò & judec relinquere reo feudum invitit quoque Domino (si scilicet non ipse Dominus, sed judec ordinarius bonorum publicationem decernat) & agnatis, qui etiam possunt jure suo non uti & Vasallo cuius bona publicata sunt, feudum nihilominus relinquere, quo casu tamen fiscus interim fructus auferre posset, si scilicet feudum in Magistratus confiscentis territorio, seu districtu situm sit, secùs exequendi facultas deficit, vel saltem difficilis est, maximè dum idem est Dominus feudi talis, qui Magistratus, merè verò hæreditarium semper ad Dominum revertitur, nunquam verò ad liberos, vel agnatos, quia horum ratione habitâ feudum merè hæreditarium allodii naturam imitatur, ac proinde Vasallo ademptum ad liberos vel collaterales transferri nequit, utpotè qui in illud tantum jus succedunt, quod defunctus cum moreretur habuit. Vide infra n. 80.

22. His modis enumeratis addunt nonnulli supervenientiam liberorum, puta si quis improles magnam bonorum suo- rum partem alicui in feudum concesserit, & posteà liberos suscepit, arg. L. si unquam 8. Cod. de revoc. donat. verùm cum feudum non sit donatio simplex, sed ob causam facta, scilicet ob merita præcedentia, & futura servitia, probabi- lius videtur feudum ob supervenientiam liberorum non amitti. Tiraq. ad d. L. 8. Cod. verbo donatione largitus n. 273. Schrad. part. 9. cap. 10. n. 7. & seq. Ludwel. Synop. F. F. cap. 18. pag. 476.

Ob super-  
nascentiam  
liberorum  
non amitt-  
tur feudum.

**Etymologia  
feloniae.**

23. Culpā Vasalli feudum amittitur , si ille committat dolum aut infidelitatem , quæ jure feudali feloniam dicitur 2. f. 39. §. penult. circa hujus verbi *ētuμor* mirè variant juris Longobardici interpres , alii à latino verbo fallo Chlingensp. cap. 13. q. 6. undē etiam nonnulli falloniam legunt , alii à Germanico fehlen Struv. cap. 15. aph. 8. n. 1. alii à græco *εύλωσις* seu *εύλωμα* , quod imposturam fallaciāmque significat deductum volunt. Vultej. lib. 1. cap. 11. n. 17. Borcholt. cap. 2. n. 16. Thyllius in Not. ad E. J. F. Stryckii cap. 23. q. 2. ab antiquo vocabulo fala , quo , ut Struv. Synt. J. F. cap. 15. aph. 8. insinuat , veteres Germani perfidiam , insidias , & vim hostilem denotabant , hujus vocabuli originem repetit. Cocc. Hypom. J. F. tit. 11. ab Italico fello vel fellone , proditore perfido deducit. Ut sit feloniam teste Hottom. in Lexico suo feud. in verbo feloniam . Quodvis capitale facinus tamen Domini , quā Vasalli quomodo cunque commissum significat ; et si verò causæ feloniam certā lege definiri non possint , definiuntur tamen 2. f. 24. hoc modo : Ex quibus causis liberi justè exhæredari , matrimonia rectè contracta dissolvi , donationes perfectæ revocari queunt , iisdem ex causis feudum amittitur , non quod singulæ sufficient , sed ut ponderatā invicem causarum gravitate arbitrio judicis aestimetur , an & quatenus causæ convenient d. 2. f. 24. in verb. subtiliter scrutatus fuerit.

**Definitio  
feloniae.**

*Alia est  
commissio-  
nis alia o-  
missionis,*

*Culpa in  
personam  
Dominii di-  
rectè com-  
mittitur si  
Vasallus ei*

24. Culpa hæc sive feloniam , quæ à D. Chlingensp. cap. 13. q. 6. describitur , quod sit culpa egregia sive lata , quā Vasallus se ingratum gerit erga Dominum , vel alias se feudo reddit indignum , alia dicitur esse commissionis , alia omissionis : Illa rursus vel respicit personam ipsius Domini , idque vel directè & principaliter , vel indirectè & per consequentiam , vel respicit extraneum.

25. Directè Vasallus committit feloniam in Dominum & consequenter feudum amittit. *Imò.* Si ei necem armis , aut veneno inferat , vel alias impias & violentas manus in personam ejus ingerat. 2. f. 6. 7. & 24. §. 2. vers. porrò. item si vitæ Domini insidias solum struxerit , eumve hostiliter agreslus

gressus fuerit, aut manus inferre laboraverit. 2.f. 51. & 57. violentas Zaf. part. 10. n. 27. & seq. Schamb. de feud. tit. 21. n. 2. & 3. manus inimicò etiam si manus contra eum tantum levaverit. arg. L. 15. ferat.

§. 1. ff. de Injur. & §. 9. Instit. eod. Curt. Jun. part. 4. n. 34.

Nec pœnâ eximitur, si cùm propositum suum exequi, & in effectum producere cœpit, postea ab eo desistat. arg. L. 14. ff. ad Leg. Corn. de siccari. aliud est si tantum voluerit Dominum offendere, ad actum tamen externum non processerit.

2.f. 51. §. 2. eò quodd cogitationis pœnam nemo patiatur L. 18. ff. de pœn. hinc licet Vasallus jurasset, Dominum occidere, sed pœnitentiâ ductus, ultrà non processisset, feudum

non amittit. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 27. vers. limita. Rosenth. cap. 10. concl. 17. n. 12. nisi juramentum illud emissum fuerit conspiratione factâ cum aliis. Zaf. part. 10. n. 39.

26. Ita tamen dicta hucusque de impiâ manuum illatione intelligenda sunt, ut non procedant 1mò si Vasallus Dominum vim injustam inferentem interficerit, nec aliter adversus eum se tueri potuerit. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. siquidem vim vi repellere omni jure concessionem est L. 3. ff. de justit. & jur. Schrad. part. 9. cap. 4. n. 91. 2dò si Dominum in adulterio uxoris suæ deprehensum interemerit, licet enim hoc casu homicidium Vasallo impunitum non sit, feudo tamen propterea privari non debet, quia Dominus adulterium cum Vasalli uxore committens reciprocam fidem feudalem violat, accedit, quod maritus adulterium cum uxore suâ commitem interficiens non puniatur pœnâ ordinariâ L. 38. §. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult. Ergo nec Vasallus poterit puniri pœnâ ordinariâ, quæ est privatio feudi.

Limitatio-  
nes quadam

27. 2dò Directè offenditur Dominus, si Vasallus verba injuriosa contra eum effundat 2.f. 24. §. 2. vers. porrò. Nam & hoc casu Vasallus contra fidelitatem juratò promissam delinquit. 2.f. 5. Zaf. part. 10. n. 39. Borcholt. cap. 8. n. 110. Rosenth. cap. 10. concl. 21. Afflict. cap. 1. §. præterea. n. 13.

Si atrocì in-  
juriâ ver-  
bali Domi-  
num afficiat

28. 3tiò. Si in perniciem Domini cum inimicis Ejus amicitias copulaverit 2.f. 57. Anton. disp. 11. th. 3. lit. d.

Si in perni-  
ciem Domi-  
ni amici-  
am cum ini-

nick ejus  
contrahat.

Non tamen  
præsumitur  
in pernici-  
em Domini  
contraria.

Resolutio  
cap. cum o-  
porteat de  
Accusat.

Privatur  
quoque feu-  
do si Domi-  
num de cri-  
mine capi-  
tali accuset.

Sonsbec. part. 12. n. 43. Rosenth. cap. 10. concl. 17. n. 7. & seqq. Rol. à Valle Conf. 1. n. 83. & seqq. Clar. in §. feudum. quest. 54. quoniam verò non semper constat, quo animo Vasallus amicitiam cum inimicis Domini contraxerit, disceptari solet, quidnam factum præsumatur, & cuinam in-cumbat probatio? Vasallo onus probandi imponunt Hunn. Cap. 14. pag. 380. vers. cæterum in dubio Carpz. disp. feud. 9. th. 12. Menoch. Conf. 102. n. 11. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 67. Zaf. part. 10. n. 32. moti potissimum arg. L. 28. Cod. de inoff. test. & Cap. cùm oporteat. De accusat. in quo dicitur quod amicitiam contrahens cum inimico meo inimi-cus meus esse censeatur, ideoque ut inimicus à judicando repellatur, nec ad testimonium dicendum admittatur; Verùm hoc non obstante præplacet mihi cum D. Schambog. de feud. tit. 21. num. 7. sententia illorum, qui probationem hanc Domino incumbere statuunt, tūm quòd re-gulariter affirmanti incumbat probatio L. 2. ff. de probat. & factum negantis per rerum naturam nulla sit probatio, L. 23. Cod. de probat. tūm quia amicitiae copulatio non est de rebus ab intrinseco, & naturā suā illicitis, adeoque Vasallus rei licitae operam dans non censetur esse in dolo. ad cit. cap. 14. deo cum D. Ludwel. Synop. F. F. p. 414. præsumptionem hanc contrariā præsumptione fidei erga Dominum elidi, nec Vasallum, qui Domino ad fidem & servitia obstri-ctus est, facilè in perniciem Ejus quicquam moliri præsumen-dum esse. Schrad. part. 9. cap. 5. n. 30. Rosenth. cap. 10. concl. 12. n. 13. & seqq. Vultej. cap. 11. n. 29. Setz. disp. feud. 9. th. 6. lit. b.

29. 4tō Immediate in Dominum committit Vasallus feloniam, si Eum de criminе capitali accuset. 2. f. 33. vers. si-militer. vel per alium accusare faciat, aut pro accusatore fidejubeat, eive patrocinium præstet L. 14. §. 5. ff. de bon. libert. & L. 5. §. 11. ff. de his que ut indign. auf. Zaf. part. 10. num. 42. Mozz. ex quibus causis feud. amitt. num. 68. & seq. Sonsbec. part. 12. n. 48. Curt. Jun. part. 4. num. 70. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 15. neque

neque interest crimen sit verum vel falsum arg. nov. 115. Nec atten-  
in quâ filium accusatorem patris exhäuserari posse indistinctè datur an cri-  
flatur; quod confirm. per L. 6. Cod. de delat. cuius men sive re-  
verba sunt: *Servum delatorem Domini jubemus in exem-  
plum omnium proditorum severissima sententia subjugari,  
etiam si objecta probaverit, excepto Majestatis criminis.*  
Curt. jun. part. 4. n. 63.

Non adversatur, quod peccata nocentium nota esse oportet L. 18. ff. de Injur. ac Reipubl. summoperè intersit i.e. crimina non manere impunita, nam et si Vasallus Dominum non accusaverit, propterea tamen delictum Ejus non manet impunitum, cum à quovis alio accusari vel etiam officio judicis in delictum Ejus inquire possit.

30. Cæterum quod modo de Vasallo accusatore dictum est, suas patitur limitationes, quarum prima est, si Dominum de crimine læsa Majestatis accuset, eò quod etiam filius patrem ex hoc delicto impunè reum facere possit. Nov. 115.  
cap. 3. §. 3. & Servus Dominum L. 7. §. 2. ff. ad leg. Jul. Maj.  
L. 6. Cod. de delat. Zaf. part. 10. n. 47. vers. secundò Sonsbec.  
part. 12. n. 48. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 30.  
vers. limitatur secundò. Secunda exceptio est, si Vasallus suam suorumque injuriam persequatur arg. L. 11. ff. de accusat. Zaf. d. I. Vultej. cap. 11. n. 27. cuius limitationis membrum secundum non immerito rejicit Curt. jun. p. 4. n. 62. inquiens: sed in quantum loquitur de suorum injuriā dubito, rationem dubitandi desumit ex lib. 2. f. tit. 28. §. fin. in quo disertè dicitur, *Vasallus contra omnes debet adjuvare Dominum, etiam contra fratrem, filium, & patrem.* Ex quo sequitur, quod illorum nomine injuriam persequi contra dominum non possit. Tertia limitatio est, si Vasallus impetrat à abolitione pœnitentiā ductus ab accusatione desistat. arg. L. 14. §. 8. ff. de bon. libert. quæ habet: *Accusasse autem eum dicimus, qui crimina objecit, & causam perorari usque ad sententiam effecit, cæterum qui ante quievit, non accusavit.* Zaf. part. 10. n. 48.

i. Excipitur  
crimen læse  
Majestatis.

e. Si suam,  
non etiam,  
si suorum  
injuriam  
persequatur

3. Si pœni-  
tentia du-  
ctus ab ac-  
cusatione  
desistat.

Dixi pænitentiā dūctus. Nam si in probatione criminis  
à se intentati defecerit , hācque ratione destiterit , feudum  
nihilominus amittit. Curt. jun. part. 4. n. 66. Rittersh.  
lib. 2. Cap. 5. q. 16. Excusat quoque Vasallum legis & of-  
ficii necessitas , si nimirūm sit fiscalis , aut hāres defuncti cu-  
jus necem vindicare tenetur. Sonsbec. part. 12. n. 48. vers.  
fallit secundò. Sez. disp. 9. th. 8. lit. b.

4. si ex  
legis S. of-  
ficii neceſſi-  
tate Domi-  
num accu-  
set.

Perit ob  
delationem  
Domini  
Vasallus  
feudo pri-  
vatur.

Si testimo-  
nium con-  
tra Domi-  
num dicat ,  
licet jussu  
judicis il-  
lud dixerit.

Si actione  
famosa Do-  
minum con-  
veniat.

Si secreta  
Domini do-  
lē manife-  
staverit.

31. 5tò Vasallus delinquit directè in Dominum , si Ejus  
delator existat , & per delationem suam grave dispendium Do-  
minus sustineat 2. f. 24. §. 2. vers. item si delator. Dicitur autem  
delator , qui res caducas , bona vacantia , aliāque ejusmodi  
bona ad fiscum pertinentia , & ab aliis possessa , fisco denun-  
ciat.

32. 6tò Si testimonium contra dominum dicat , 2. f.  
33. §. 1. vers. similiter. Nec excusabit Vasallum jussus judi-  
cis , quia & ille in dolo & culpā esse censetur , qui jubente  
judice aliquid juri , bonis moribus , ac sux promissioni ju-  
ratæ contrarium agit. Ad L. 167. §. 1. ff. de Reg. Jur. in quā  
dicitur quod ille , qui jussu judicis aliquid facit , non videa-  
tur dolo malo facere r̄deo eam accipiemad esse de jussu li-  
cito , cui ipse , qui jubetur , honestè obtemperare potest.  
vel loqui de eo , qui jussui judicis parere necesse habet , ut in  
fin. d. l. insinuatur.

33. 7timò Si actione famosâ Dominum conveniat , 2. f.  
22. vers. si verò Vasallus. Rosenth. cap. 10. concl. 23. ex quo  
sequi videtur , quod Vasallus non possit contra Dominum  
agere Interdicto unde vi , sed actione in factum eum con-  
venire teneatur , Welenbec. cap. 10. n. 15. verūm cùm ip-  
se priùs sit lāsus à Domino , à quo lādi non debuit , illud  
quoque Vasallo licere magis receptum est. Borcholt. cap. 9.  
n. 18. Rosenth. d. l. n. 3. & seqq.

34. 8tavò Si Vasallus scienter & dolo malo credenti-  
am Domini manifestaverit. 1. f. 17. etiamsi eventus damno-  
sus non respondeat. Ant. disp. 11. th. 2. lit. f. Stryck. de  
credentia revel. similiter beneficium suum amittit Vasallus ,  
si litteras Domini dolosè signaverit , celaverit , vel resigna-  
verit. Berlich. part. 5. concl. 59. n. 93.

35. Postremd directe committitur felonie in Dominum, si Vasallus ei justitiam facere noluerit. 2. f. 24. s. 2. vers. illud justitiam facere recu- saverit.  
 tamen. Cujus verba triplicem casum involvere existimat Cu-  
 jac. ad cit. cap. primum, si Vasallus curiam (in quâ Dominio extra causam feudalem litigandam) habens, in eâ Domino  
 ius reddere nolit. Secundum, si Vasallus in curia Domini  
 judex cause feudalis electus officium judicis in se recipere aut  
 nolit, aut si receperit, contra Dominum iniquè judicaverit,  
 & sententia non allatis novis probationibus in causâ applica-  
 tionis fuerit rescissa. Curt. Jun. part. 4. n. 71. Mozz. ex quib.  
 caus. feud. amitt. n. 34. Zaf. part. 10. n. 47. quod quidam  
 ita demùm admittunt, si in causâ criminali vel civili magna  
 male judicaverit, verùm cùm non tam causa, quam dolus Va-  
 falli attendatur, quod de causâ civili magnâ adjiciunt recipi-  
 endum non videtur. Tertium, si gliscente inter Dominum  
 & Vasallum controversia Vasallus in judicium vocatus editis  
 non obtemperaverit, qui casus habetur 2. f. 22. ejùmque fu-  
 sius deducit Hottomann. in disp. feud. 41. vers. decima-ter-  
 tia causa est Mozz. d. l. n. 105. Zaf. part. 10. n. 43.

36. Indirecte & per consequentiam committitur felonie in Dominum, vel occasione rerum, vel ratione personarum  
 potestati atque affectui Domini subjectarum, quando nim-  
 rum Vasallus ejusmodi personas enormi injuriâ afficit, cuius  
 primaria species jure feudalí expressa est cucurbitatio Domini  
 (à voce Longobardicâ corbita, quæ stuprum, & infamiam,  
 & cucurbita, quæ stupro uxoris infamem denotat) 1. f. 5.  
 in pr. vers. item si. Cujus verba sunt: Item si fidelis cucurbi-  
 taverit Dominum, id est cum uxore ejus concubuerit, vel  
 concubere se exercuerit, aut cum eâ turpiter luserit, id  
 est signa quædam libidinosa prodiderit, manum in sinum aut  
 pectus miserit; similiter si uxorem Domini osculatus fuerit,  
 eum feudo privari posse plerique feudistæ statuunt. Menoch.  
 de arbitr. jud. quest. lib. 2. cas. 267. Borcholt. Cap. 8. n.  
 28. Anton. disp. 11. th. 5. lit. b. Rosenth. cap. 10. concl. 28.  
 & plures alii, èd quodd in dubio, nisi mos Regionis aliud  
 suadeat,

Per conse-  
 quentiam  
 delinquit  
 Vasallus in  
 Domnum.

Si eum cu-  
 curbitave-  
 rit.

Sic cum u-  
 xore Domio-  
 ni turpiter  
 luserit.

Eam oscu-  
 latu furerit.

35. Pg.

suadeat, omne osculum præsumatur luxuriosum. maximè si secretò & furtivè fiat. Roman. *diff. de osculo* s. 24. & 26.

*Si litteris  
amatoriis  
aliisque  
modis puli-  
citiam ejus  
expugnare  
conatus fu-  
erit.*

37. Non minus feudum amittit Vasallus, si litteris amatoriis, aut munusculis, aliisque strophis pudicitiam uxoris Domini expugnare conatus fuerit. *arg. d. text. 1. f. 5. in pr. vers. item si.* Sic etiam, si ei consuleret, ut corpus suum alieni prostituat, se beneficii sui reddit indignum. Mozz. *ex quib. caus. feud. amitt. n. 44. & 70.* Zaf. *part. 10. n. 27. vers. eodem jure.* Rosenth. *cap. 10. concl. 28. n. 26. & seq.* Iota tamen in honesta locutio, quam Valallus habet cum uxore sui Domini privationem feudi minimè inducit. Bald. *ad d. vers. item si n. 18.* Sonsbec. *part. 12. n. 25.* Zaf. *d. part. 10. n. 28.*

*Quid si sit  
uxor illegi-  
tima?*

38. Atque hæc in uxore Domini legitimè procedere expeditum est, quid si verò fuerit illegitima? distinguendum videtur, utrum matrimonium contra prohibitionem juris duntaxat civilis sit initum, an verò contra prohibitionem juris naturalis, priore casu Vasallus feudo privari poterit, sive illa scienter sive ignoranter contra leges ducta fuerit; L. 13. s. 1. ff. ad L. *Jul. de Adult.* posteriore casu subdistingendum est, vel enim matrimonium bonâ fide est initum, vel Dominus sciens impedimentum cum eâ matrimonium contraxit, illo casu, licet à parte rei non fuerit commissum adulterium, gravis tamen injuria per actum hunc illicitum Domino illata Vasallum poenæ privationis subjicit, hoc casu, quia nulla est conjunctio, nullum etiam est adulterium, adeoque nec feudi privatio esse potest.

*Quid de  
sponsa Do-  
mini dicen-  
dum?*

39. Quæ de uxore Domini dicta sunt, ad sponsam ejus commodè extenduntur *arg. L. 13. s. 3. ff. ad Leg. Jul. de Adult. & L. 7. Cod. eod. tit.* idque non solùm de sponsâ de præsenti, ut vult Petrus de Ravenna *ad d. s. item si fidelis,* sed etiam de sponsâ de futuro accipendum est, quoniam & ipsa, et si Domini uxor non sit, uxor tamen esse intelligitur L. 12. ff. *de Ritu nupt.* L. 17. s. fin. ff. *de Reb. auct. jud. possid.* L. 4. ff. *de fund. dot.* L. 5. *Cod. de bon. qua liber.* Schrad. *part. 9. cap. 2. n. 12. & seq.* Rittersh. *lib. 2. cap. 5. q. 102.*

40. Aliud dicendum, si cum concubinâ Domini peccaverit, textus enim *i. f. 5.* de uxore Domini tantummodo concubinâ meminit, concubina autem nequidem jure civili uxoris appellatione continetur. *L. 13. f. 6. ff. ad Leg. Jul. de Adult.* *L. 17. ff. Rer. amot.* aliam rationem assignat Vultej. *lib. 1. cap. 11. n. 31.* inquiens: nam quia jure civili novo præterim *Nov. Leonis Imp. 91.* & jure Pontificio, quin etiam nobis Germanis, atque adeò hodie omni jure concubinatus est prohibitus, ità ut concubinatus videatur esse species stupri, ubi autem est stuprum, ibi nulla est honestas, iis potius Interpretibus ad stipulandum existimo, qui existimant, non idem de concubinâ Domini, quod de uxore ejus dispositum est, hodiè statuendum esse, ità in terminis Vultej. *d. l. à quâ sententiâ non videtur alienus esse Zaf. part. 10. n. 30.* Sonsbec. *part. 12. n. 21.*

41. Nec debet quemquam movere, quod filius si concubinæ patris se immiscuerit, exhæredari possit *Nov. 115. tur objec-* *cap. 3. f. 6.* siquidem non omnes causæ exhæredationis sufficiunt ad feudi privationem, nec par est ratio in filio & Valfallo, ille enim incestum, hic simplicem fornicationem committit.

Nec quicquam facit confusio prolixi, cùm non quævis confusio prolixi, sed ea quæ ex uxore legitimâ concipitur, privationem feudi inducat. *Bocer. diff. 17. th 57.* Rittersh. *lib. 2. cap. 5. q. 104.*

Neque refragatur *3. d. N. 115. cap. 4. f. 3.* ibi aut concubina filii sui *redeo* enim Vasallum cum concubinâ Domini sui concubentem feudo privari jure Romano, quo concubinus permittebatur. *tot. tit. ff. de concub.* secùs jure Canon. *cap. nemo. cap. meretrices. caus. 32. q. 4.* & Reform. polit. *Imp. de Anno 1548. tit. von leichtfertiger Beywehnung 25.*

42. Sed quid si Vasallus cum viduâ Domini concubuerit? idem juris esse in viduâ Domini, quod in ipsius uxore plerique volunt, quia vidua & honorem, & forum, aliisque mariti privilegia retinet. *L. 22. f. 1. ff. ad Municip.* *L. 3. in pr. onis locum Cod. de privil. schol. Rosenth. cap. 10. concl. 27. n. 3. & seqq.* non habet.

Zaf. part. 10. num. 27. Clar. §. feudum q. 48. Schrad. part. 9. cap. 2. num. 5. Contraria tamen opinio ut communius recepta , ita firmiori quoque nititur fundamento , quippe cùm 1. f. 21. expressè dicatur , quod Vasallus beneficium amittat , si concubuerit cum uxore Domini sui Domino vivente. Ad rationem in contrarium adductam facilis est responsio , non enim idèò Vasallus cum Domini uxore concubens feudum perdit , quia uxor de privilegiis mariti participat , sed ob injuriam , quâ Dominus afficitur , dûm thorus Ejus violatur , ipsique aliena soboles substituitur , quæ ratio cessat in viduâ Domini ; quodsi tamen præsentis Domini Mater esset , Vasallus feudo caderet , quoniam per violationem Matris gravis injuria Domino infertur Zaf. part. 10. n. 27. Sonsbec. part. 12. n. 19. quod communiter etiam eò extendunt , si nempè Vasallus intra annum luctûs vi duam Domini stupraverit , seque fundant in suspicione adulterii vivo marito commissi , verùm cùm non sufficiat suspicio de commisso adulterio , rectius hanc limitationem rejicit Schamb. de feud. tit. 22. n. 11.

*Dicta de ux.*  
xore etiam procedunt in Domini filia, nuru,  
¶ nepte ex filio non etiam in nepte ex filia.

*In sorore quoque Domini locum habent.*

*Resolvitur obiectio*

43. Non tantum in uxore injuria illa stupro à Vasallo illata vindicatur , sed etiam in filia Dominivel nuru , quæ ipsi est loco filiae , sicut & in nepte natâ ex filio , quia hæc quoque manet in potestate & familiâ Domini , quod secùs est in nepte ex filia , quæ familiam patris , avique sui paterni sequitur ; nisi & foeminæ in feudo succedant , quia tunc in curiam Domini delinquitur.

44. In sorore quoque Domini innuptâ injuria vindicatur 2. f. 24. §. 2. vers. rursus . nupta enim in aliam transfertur familiam , ac proindè potius huic familiæ , quâm ei in quâ nata est , macula inuritur.

45. Non obſt. quod etiam filia nubendo in alienam familiam transferatur , & nihilominus Vasallus violans filiam Domini nuptam feudum amittat. Rdeo enim N. Conf. disp. est , quia ut major est affectio in descendentes , quâm in collaterales , ita & major esse videtur injuria descendantibus , quâm collateralibus illata. Deinde filia etiam nupta in familia , & pote-

*Nisi Domini directi mater sit.*

potestate patris remanet, soror verò respectu fratri sèquè est  
materfamilias, ut frater paterf.

46. Num verò superius dicta de conatu & turpi lusu etiam ad modò recensitas personas extendenda sint, non convenit inter DD. Bald. in d. vers. item si fidelis n. 17. & vers. vel scilicet cum filiâ. n. 3. in fin. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 94. Schenck Baro in d. s. item si fidelis n. 15. Sonsbec. part. 12. num. 31. illa de solâ uxore Domini procedere autumant, ex ratione: quia inter hanc & alias personas manifesta est diversitas, dum in his honor familiæ Dominicæ tantum, in illâ vero fides conubialis insuper periclitatur. Welenbec. cap. 15. n. 5. Schrad. part. 9. cap. 2. n. 82. ad filiam & nurum eadem extendi volunt, non etiam ad matrem & sororem; utramque sententiam non immeritò improbat Curt. Jun. part. 4. n. 25. & cum eo Hottom. disp. feud. 41. quoniam Dominus non in uxore tantum, nec in filiâ, aut nuru, sed & in Matre, ac sorore, si Vasallus cum iis concubere se exercuerit, ac turpiter luserit, insigni injuriâ afficitur contra præstatum ab eo juramentum 2. f. 7. in fin. Nec excusabit Vasallum consensus prædictarum personarum, utroque enim casu injuria est. L. 1. s. 5. ff. de injur. Schrad. part. 9. cap. 2. n. 19. Curt. Jun. part. 4. n. 20. Neque interest utrum foeminae istæ honestè vivant, an inhonestè L. 13. s. 2. ff. ad leg. Jul. de Adult. nam & hoc causa fidem Domino datam violat. Rosenth. cap. 10. concl. 27. n. 46. & 47. Mozz. ex quib. caus. n. 46. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 100.

47. Excusabitur tamen si ignorans aliquam ex his personis stupraverit, aut simile quid ad miserit. Zaf. part. 10. n. 27. Rittersh. d. cap. 5. q. 101. Mozz. d. l. n. 48. Item si sciente & volente Domino id fecerit arg. L. 1. s. 5. ff. de Injur. & L. 145. ff. de Reg. Jur. Rosenth. d. concl. 27. n. 48. Marin. tit. 3. n. 24. Idem est, si antequam ad actum turpem feudi privationem merentem pervenerit, pœnitentiâ ductus desisterit, seeùs si alio impedimento interveniente abstinuerit. Ludwel. Syn. F.F. cap. 10. p. 428. Anton. disp. 11. th. 5. lit. H.

Dicta de conatu & turpi lusu etiam ad has personas extenduntur.

Consensius recensita- rum perso- narum Va- salium non excusat.

Nec quid- quam facit honestè an inhone- stie vixerint.

Ignorantia Vasallum excusat. Item sci- entia & pa- tentia Do- mini. Non minus si pœniten- tiâ ductus desisterit, excusabitur.

*Circa r̄s  
feudales Va-  
fallū delin.  
quit, si feu-  
dum alienet.*

48. Rerum intuitu delinquit Vasallus saltem indirecte in Dominum, hācque ratione feudo excidit, *imò*, si citra consensum Domini, & aliorum quorum interest feudum dolo ma-  
lo alienet *z.f. 52. & 55.* quia talis alienando feendum videtur contemnere Dominum *z.f. 24. in fin.* ac facile Ejus conditio-  
nem, alium obtrudendo Vasallum, posset facere deteriorem contra textum *z.f. 12.* Ita tamen, ut qui totum feendum alie-  
nat, perdat totum, & qui partem tantum parte privetur *z.  
f. 38.* Clar. *§. feendum q. 31. n. 7.* Rosenth. *cap. 9. concl. 1.*  
Menoch. *Conf. 47.1. n. 15. vol. 5.*

*Non tamen  
plus amit-  
itur quād  
alienatum  
fuit.*

*Responde-  
tur ad con-  
traria.*

49. Obj. *L. 39. in fin. ff. de Op. lib. L. 7. §. fin. ff. de SCt.  
Mat. L. 3. §. 24. ff. de SCto Silan. R̄deo 1. ad L. 39. ff. de  
Op. lib. in stipulatione ibi propositā nummos, & viginti in-  
dividua esse, & idcirco nummis improbatis, utpote liberta-  
tis onerandā causā in stipulationem deductis. *L. 1. §. 5. item  
L. 2. §. 2. ff. quarum rer. act. non datur.* nec viginti in pa-  
tronī damnum pro liberto comprobari posse, sed operas dictæ  
stipulationi subesse visas, & alioqui, nisi à liberto jurejurando,  
aut stipulatione promittantur, indebitas *L. 7. ff. de Op.  
lib. & L. ult. ff. de liber. causā.* etiam ultra viginti deberi,  
econtrario autem feendum dividuum esse, ideoque ex parte  
comprobari, ex parte improbari posse, quanquam ipsa fide-  
litatis feudalī obligatio individua sit, excepto quod servitio-  
rum vel adohæ quantitas pro parte ad Dominum reversā  
minuitur. *R̄deo. 2. ad L. 7. §. fin. ff. de SCto Maced.* filium-  
familias sui juris factum, & partem debiti ante contracti sol-  
ventem, ideo Senatūs-Cto Maced. renunciare videri, ac pro-  
inde ad reliquum obligari, quia debitum sui naturā indivi-  
duum habetur, quā cādem de causā partis solutione etiam  
quoad reliquum exceptioni non numeratae pecuniae renuncia-  
tum recensetur *L. 4. Cod. de non num. pec.* at feendum ex ad-  
verso dividuum esse, prout jamjam notatum est. *R̄deo 3.  
ad L. 3. §. 24. de SCto Silan.* parvi referre, utrūm totum testa-  
mentum an pars aperiatur, SCti Silanianī ratione spectatā.*

*Admissi-  
onem prop-  
ter aliena-*

50. Ut autem propter alienationem Vasallus feudo mul-  
tarī possit, tria requiruntur. 1. ut sciens feendum esse alie-  
naverit

naverit, nam si qualitatem rei ignoraverit, alienando feudum non amittit, sed emptori ignorantis interesse præstanto liberatur 2. f. 26. §. si *Vasallus*. quoniam verò ignorantiae difficultas est probatio, Vasallus eam juramento probare tenebitur. 2. f. 42. cùm ea, quæ in animo consistunt per juramenta explicari debeant cap. 8. de *Elect.* in 6to. cap. 4. de *Excep.* quodsi tamen per conjecturas probabile sit, Vasallum qualitatem rei scivisse, fortè quia in bono illo successit tanquam agnatus, cùm alias non esset hæres defuncto, vel quia ad præstanta servitia fuit à Domino requisitus, ob periculum perjurii ei non est deferendum juramentum *Zal. part.*

*10. n. 10. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 74.*

51. Dubitanti quoque an res sit feudalis, an allodialis, non officit alienatio; eò quod non possit dici contemnere Dominum, quem non certè scit se habere, & dubitans tantum sit in culpâ, non in dolo, imò comparetur ignorantia. *L. ult. Cod. de condic. Indeb. 2. f. 26. §. Vasallus 2. f. 34. nare potest. Sub fin.*

52. Cessat etiam privatio si sub conditione, si Dominus consenserit, Vasallus feudum alienaverit, licet tradiderit, nam cùm ante impletam conditionem contractus non sit perfectus, Domino non præjudicatur, nisi tradiderit potentiori, à quo difficultas est revocatio, vel feudum aliundè sit difficultas recuperationis, putà si esset locus munitissimus, hoc enim casu dolus subesse, Vasallumque jus Domini interverte voluisse, præsumitur. *Zal. part. 10. n. 14. Alvar. in cap. Imperiale 2. f. 55. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 76.*

53. 2dò requirunt aliqui, ut ipsa feudi traditio contractum alienationis fuerit secuta 2. f. 55. vers. callidis. quoniam non censetur alienatum, quod in Dominio venditoris manet: fieri autem potest feudi traditio non tantum verè, verùm etiam fictè, cùm nimis alienans constituit se nomine emptoris possessorum, quam licet nonnulli negent ad privationem feudi sufficere, eamque omnino rejiciat Giphan. *disp. de Divis: jur. th. 99. & in lect. Altorff. ad L. 10. ff. de donat.* quia tamen per constitutum possessorum vera trans fertur

tionem re-  
quiritur, ut  
sciverit es-  
se feudum.

Ignorantia  
probanda  
est jura-  
mento.

Dubitanti  
absque me-  
tu caduci-  
tatis feu-  
dum alie-

*nare potest.*

Idem dicen-  
dum si sub  
conditione si  
Dominus  
consenserit  
illud alienet  
*Modò non*  
*tradiderit*  
*alium à quo*  
*difficultas est*  
*revocatio.*

Tradicio-  
nem saltē  
fīlam plerū  
que requiri-  
runt.

fertur possessio L. 18. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poss hanc  
et quæ ac veram, feudi privationem inducere communius re-  
ceptum est. Rosenth. cap. 9. concl. 12. Clar. §. feudum q. 31.  
num. 4. Curt. Jun. part. 4. num. 111. Contrarium tamen  
tuetur Coccej. Hyp. J. F. tit. 11. §. 15. ex ratione quia tra-  
ditio feudi privata seu à Vasallo facta, nihil operatur, nec  
majorem vim habet, quam contractus ipse, quo feudum a-  
lienatum, cum Dominium feudi utile in emptorem, vel a-  
lium noviter acquirentem non ab alio, quam ab ipso Do-  
mino per investituram transferatur, & proinde traditio feu-  
di sine justâ ratione desideratur, ut felonie perfecta sit, cum  
huic ipsa conventio sufficiat, nec privata traditio plus ope-  
retur. Ad textum 2. f. 55. §. calidis voce transferunt & deo  
conventionem, quâ feudum alienatur, esse initium trans-  
lationis, investituram autem consummationem ejus. Quid  
nos sentiamus supra expositum est.

Vasallo non  
proseft re-  
vocatio.

Et hæc jure stricto adeò vera sunt, ut possessione quo-  
cunque modo semel translata Vasallus pœnam privationis  
non evitet, tametsi possessionem illam postea recuperaverit  
2. f. 44. Vers. hodie autem & arg. L. 65. ff. de furt. L. pe-  
nult. ff. de vi bon. rapt. quia sufficit, quod semel Dominum  
defraudaverit. Rosenth. cap. 9. concl. 2. n. 12. & seq.

Requiritur  
etiam ut  
Dominus  
velit feu-  
dum esse  
commissum.

54. tertium requisitum est, ut dominus declararet se feu-  
dum habere pro commisso arg. L. 1. Cod. de revoc. donat. &  
L. 2. cod. de jure Emphyt. injuria enim si ad animum revoca-  
ta non sit, dissimulatione censetur abolita §. fin. Inst. de.  
Injur. Curt. jun. part. 4. n. 156. Alciat. Respons. 3. n. 10.  
Corn. vol. 1. Conf. 115. Dec. Cons. 185. occasione hujus re-  
quisiti oritur.

An Domi-  
no ante-  
quam ani-  
mum suum  
declaravit  
mortuo ejus  
hæredes pos-  
sint feudum  
revocare?

55. Quæstio, An, si dominus moriatur, antequam a-  
nimum suum declararet, hæredes ejus ob alienationem feu-  
dum revocare possint? ad quam omissis aliorum sententiis  
& deo, si Dominus alienationem factam sciverit, tempusque  
animum suum declarandi habuerit, non tamen declaraverit,  
injuriam remississe censetur, consequenter nec hæredes ipsius  
feudum revocare poterunt arg. L. 1. Cod. de revoc. donat.  
Clar.

Clar. s. *feudum*. q. 64. n. 1. *in fin.* Schrad. part. 9. *in pr.*  
Curt. jun. part. 4. n. 157. hæc decisio quoque obtinet, si  
Vasallus, antequam Dominus animum suum declaraverit,  
mortuus sit, cùm morte Vasalli crimen extinctum sit.

56. Punitur & ipse notarius officii ac famæ jacturâ, *Notarius instrumen-*  
qui instrumentum alienationis fecit. 2. f. 52. *in fin.* 2. f. 55. *pr.* & si emptor sciat, *intra-*  
premium fisco cedit 2. f. 24. *in fin.* 2. f. 52. *s. si quis.* si verò nesciat, rem emptam *tum aliena-*  
feudum esse, aut sciat quidem, sed à venditore certior factus sit Domi-*tionis confi-*  
num in alienationem consentire, *cien- pundi.* pretium actione empti repe-  
tit.

57. 2dō. Occasione rerum delinquit Vasallus in Domi- *Abutendo*  
num, si feudo, qualemque sit, abutatur, illudque reddat de- *feudum a\**  
terius. 2. f. 8. *s. 1.* non tamen quælibet deterioratio ad *mittitur.*  
privationem feudi sufficit, sed ut notabilis sit, ipsiusque Va-  
falli dolo, vel culpâ admissa, requiritur. Struv. cap. 15. aph.  
5. Curt. jun. part. 4. n. 44. Roland. à valle *Conf. 1. n. 9.* & 103.  
Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cas. 78. n. 4. veluti si  
Vasallus feudalem villam cum gravi damno feudi diruat, ar-  
bores fructiferas incidat arg. L. 13. *s. 4. ff. de Usufr.* L.  
45. *s. penult. ff. de jure fisci.* in subditos suos supra mo-  
dum desolvat, insolitas operas aut collectas ab eis exigat, cen-  
sus & redditus injustè augmentet, neque ad subditorum su-  
orum preces, nec ad minaces superiorum admonitiones ab  
hujusmodi insolitâ & injustâ oppressione, vel exactione desi-  
stat. Valsq. Illustr. controv. lib. 1. cap. 8. n. 17. & seq. Carpz.  
de lege Reg. cap. 13. sect. 3. n. 15. Besold. lib. 2. polit. cap.  
9. n. 48. Illustr. D. ab Andler. jurisprud. publ. & priv. lib. 1.  
tit. 6. p. 3. n. 16. & seq. quam admonitionem superioris ne-  
quidem esse necessariam concludit Gramma decis. 104. quem  
sequitur Schamb. de feud. tit. 23. n. 7. Rittersh. lib. 2. cap.  
*s. q. 69.* in praxi tamen eam præcedere testatur Gail. lib. 1.  
*Obs. 17. n. 4.*

58. 3tiò Si Vasallus *feudum*, aut partem ejus, vel qua- *Feudum vel*  
litatem feudi dolosè inficietur, per expressum textum 2. f. 26. *eius quali-*  
*s. Vasallus si feudum*, nam si ignorans *feudum* abnegaverit, *tatem infici-*  
*ans feudo* *excus- cadit.*

excusabitur 2. f. 26. §. Vasallus feudum quod sciens & 2. f. 34. Idem dicendum si Vasallus ante vel etiam post litem contestat se ad feudi abnegati recognitionem offerat, Dominique expensas & damna, quae ob inficiationem passus est, refundat. arg. d. §. Vasallus si feudum in verb. & inde fuerit convictus, non etiam privatur Vasallus, si alio inficiante ipse sciens non patefaciat d. §. Vasallus.

Obj. 2. f. 24. §. fin. 2. f. 37. pr. Rideo hic agi de specie ubi Vasallus, quod Domino facilè erat, vel palam vel clam, difficile aut impossibile efficit, eoque Domino nocuit, hic verò speciem poni, ubi Vasallus manifestare omittit, quod Domini scire interest.

An instrumentum  
feudi abne-  
gans illud  
pertinet?

59. Verum cum in d. §. Vasallus non tantum si ipsum feodium vel ejus partem, sed & si conditionem feudi negaverit, feudo exscoliari dicatur, Quæritur utrum etiam feudi jacturam patiatur Vasallus, si ipsum feudi instrumentum abneget? Rideo affir. quia instrumentum investituræ inficiando ipsam. simul conditionem, & qualitatem feudi, quæ instrumentis contineri solet, abnegasse censetur. Schrad. part. 9. Cap. 6.

n. 23.

Circa res  
non feuda-  
les delinquit  
Vasallus, si  
castrum Do-  
mini inva-  
dat.

60. 4t. Si Vasallus in directi Domini rebus propriis, & ab eo possessis notabile damnum dederit, castrum, aut aliud locum ad Dominum pertineatē oppugnaverit 2. f. 6. vers. tutum & 2. f. 7. vers. si contigerit. Nec distingendum an Dominus vel Domina in castro tūm temporis adfuerit, nec ne arg. d. text. 2. f. 6. vers. tutum. Menoch. Conf. 99. n. 29. Zal. part. 10. n. 37. Sonsbec. part. 12. n. 34. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 91. Rosenth. cap. 10. concl. 18. n. 10. & 11. neque etiam interest ipse locum invaserit, an aliis invadentibus opem tulerit arg. 2. f. 7. & 2. f. 57. Rosenth. cap. 10. concl. 18. n. 5. totus ille locus Domini fuerit, an communis cum Vasallo arg. L. 8. ff. de servit. urb. præd. L. 19. & 20. ff. ad Leg. Aquil. & L. 47. §. 1. ff. pro sôcio.

Parcidi-  
um commis-  
sum inducit

61. Privari potest Vasallus feudo, non tantum si contra ipsum Dominum, sed etiam si contra alium deliquerit; sic feudo

feudo cadit, si ipse commiserit parricidium. 1. f. 5. vers. item privationem  
si fratrem. & 2. f. 24. §. denique vers. si verò. idque eâ in- feudi-  
tentione, ut ipse vel solus, vel eò citius potiatur feudo.  
Per textum exp̄essum 2. f. 37. quia hoc demùm casu circa  
feudum delinquisse videtur: Hotom. disp. feud. 41. vers. Duo-  
decimam. Schamb. de feud. tit. 24. n. 1. Stryck. E. J. F. cap.

## 23. q. 29.

62. Fratrem Domini sui si interficerit Vasallus, feudum Fratrem  
Domini in-  
terficiens  
non amittit  
feudum  
non amittit, ut apertè habetur 2. f. 37. nisi proditorie, vel  
in odium, & contumeliam Domini fecerit. Rosenth. cap. 10.  
concl. 36. n. 15. & 29. Mozz. in tratt. suo de feud. n. 61. vers.  
sed dubitari. cuius ratio esse videtur, quia per occasionem  
fratris Domini simplex tantum committitur homicidium,  
quod privationem feudi minimè inducere communiter do-  
cent DD.

63. Idem dicendum, si Vasallus quācunque ratione si-  
bimetipsi violentas manus intulerit, quod nullius post mor-  
tem culpæ argui possit, nec hæredes propter delictum defun-  
cti poenam sustinere debeant. L. 20. ff. de pœn.

64. Ipsa convassalli traditio sive proditio etiam inter justas  
feudi amittendi causas jure feudali expressa reperitur. 2. f.  
37. in verb. hominem tradendo ut in curiā amplius stare non  
possit. quem textum aliqui minus recte de quovis homine e-  
tiam extraneo intelligunt, cum jure feudali appellatione ho-  
minis frequentissimè Vasallus veniat.

65. Ob commissum crimen læsæ Majestatis sive Divinæ, Ob commis-  
sive humanæ, quin Vasallus poenæ privationis subjaceat, du-  
sum crimen  
bio caret. capit. CAROLI VI. art. 21. Borcholt. cap. 8. læsa Majes-  
n. 15. Schrad. part. 9. cap. 8. n. 18. Etiam ex causâ fractæ pacis statis.  
publicæ Dominus Vasallo feudum aufert, sed ita, ut reo,  
cum transigit, vel agnatis, cum in reatu moritur Vasallus,  
reddat, interim verò fructus actori præstet. Ord. Cam. p. 2.  
tit. 9. §. 2. & p. 3. tit. 48. §. 5. in fin. Landi Fr. 1548. tit. 3.  
§. 2. Landi Fr. 1521. tit. 2.

66. Incestum tamen, aliisque crimina publica poenam con-  
fiscationis bonorum inducentia, causis feudi amittendi non  
Item ob in-  
cestum ali-  
ud ve cito-

*men bonorum publicationem inducens.*

annumerant DD. quidam, eò quòd hæc crimina nullibi in jure feudali inter causas feudi amittendi referantur, neque implicet, quo minus ex aliquo crimine bona publicentur, & tamen ex eo ad privationem feudi civiliter agi nequeat: sicut sentiunt *Curt. jun. part. 4. n. 40.* Rittersh. *lib. 2. cap. 5. q. 123.* Setz. *diss. 9. th. 10. lit. b.* suam tamen sententiam limitant, nisi crimen illud redundet in ipsum Dominum, quo casu Vasallum feudum amittere afferunt. Nos publicatione bonorum feudum amitti suprà *n. 19.* statuimus. *2. f. 56.* Rosenth. *cap. 10. concl. 37.*

*Omittendo peccat Vasallus si periculum Domino imminens dolosè celaverit.*

67 Omittendo committit Vasallus culpam seu feloniam, ac propterea feudum perdit, immo, si cùm sciret periculum grave imminere vel personæ, vel bonis Domini, eum vel ex dolo, vel etiam ex negligentiâ desuper non certioraverit. *2. f. 24. §. 2.* qui textus ita habet: *præterea si Vasallus rescrierit aliquem contra Dominum suum assaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonii grandem jacturam facere molientem, debet Dominum super hoc, quam cito potest, certiorare, ut propterea Dominus sciens prudens que periculum valeat declinare, quodsi non fecerit, doloque vel negligentiâ suâ, vel fraude celaverit, beneficio se cariturum agnoscat.* Idem obtinet, si Vasallus Dominum certiorare nequiverit, periculo tamen illi obsistere potuerit, & non obſtiterit *2. f. 7.* ubi verba: *pro posse meo, ut non fiat, impedimentum preſtabo, & si impedimentum preſtare nequivero, quam cito potero, tibi nuntiabo.* Roland. à *Valle Conf. 1. n. 96.* Sonsbec. *part. 12. n. 10.*

*Si Dominum incarceratum, eum posset, non liberaverit.*

68. 2dō Si Dominum carcere detentum sciverit, eumque, cùm posset, non liberaverit. *2. f. 24. §. 2. vers. vel si cognoverit.* quem textum Schrad. *part. 9. cap. 8. n. 8.* eum posset, Vasq. *Illustr. controv. 6. n. 6.* & alii quos refert. Ludwel. *synop. F. F. cap. 14. pag. 377. & seq.* de Domino ab hostibus capto, vel aliás injuste carceri incluso intelligunt. *arg. text.* *2. f. 26. §. licet & 2. f. 39. §. fin.* quia tamen *d. §. 2. lib. 2. f. tit. 24.* indistincte liberationem Domini ex carcere Vasallo injungit, nec textus in contrarium allati de liberatio-

ne' ex carcere ullam mentionem faciant, sed tantum de libera-  
tione à perjurio loquantur, verius videtur, quod Vasallus  
Domino quācunque ratione carceri inclusō subvenire debe-  
at. Rittersh. lib. 2. cap. 1. q. 42.

69. 3tō. Si Dominum inopem pro quantitate feudi ale- *Si Eum ale-*  
re recusaverit. arg. Lib. 1. f. tit. 6. §. 2. in quo dicitur, quod *re noluerit.*  
mutus feudum retinere non possit, si tamen feudum illud  
fuerit magnum, & Vasallus eo ablato se exhibere non va-  
leat, tantum ei relinquī debeat, unde se sustentare queat,  
ergo etiam Vasallus tantum debet Domino relinquere, ut se  
honestē sustentare valeat; accedit, quod Vasallus teneatur  
Domino ad incolume 2. f. 6. denique & libertus patronum  
inopem alimentare tenetur *L. 5. §. 18. ff. de agnos. & alend.*  
*libert.*

70. 4tō. Si Dominum non mortuum, neque lethaliter *Si Domi-*  
vulneratum in acie non notoriè injustā deseruerit *nu[m] in præ-*  
*in pr. & 1. f. 21. in fin.* etiamsi Vasalli fuga Domino non *lio deserue-*  
nocuerit, sufficit enim quod nocere potuisset, & Vasallus, *rit* *Etsi deser-*  
quantum in ipso fuit, perfidus extiterit. *Zaf. part. 10. n.* *tio non no-*  
*18. Bald. in cap. 1. in pr. quib. mod., feud. amitt.* *cuerit [Do-*  
*mino].*

Obj. 2. f. 24. §. 2. voc. *periclitantem.* Ideo unius rei  
affirmationem non protinus esse alterius negationem. Ut *videtur ad*  
ergo in textu objecto factum proponitur, ubi Dominus in *text. 2. f.*  
prælio periclitatur, propterea tamen negari nequit, Vasal- *24. §. 2.*  
lum feloniae reum fieri, cùm Dominum in prælio extra  
periculum constitutum deserit, idque eò minus, quò ma-  
gis alia juris feudalis capitula generatim, & sine periculi sin-  
gularis commemoratione, loquuntur 1. f. 5. verb. *si enim*  
*Dominus prælium campestre habuerit, & Vasallus eum mo-*  
*rantem in ipso prælio dimiserit. item. 1. f. 17. 1. f. 21. &*  
*f. 57.* Ad hæc vox *periclitantem* cit. loc. tantum exempli  
causā ponitur, eaque major quidam perfidiae gradus signi-  
ficari videtur, & Dominus, qui prælio interest, nunquam  
non in periculo versatur.

71. Nec relevat Vasallum fugientem, si post desertio- *In b[ea]tum licet*  
nem ad prælium statim reversus fuerit, quia in delictis jam *statim re-*  
*versus fue-* *con- rit.*

consummatis non est locus pœnitentiae arg. L. 65. ff. de furt. Curt. Jun. part. 4. n. 12. Rittersh. lib. 2. cap. 5. q. 55.

**Resolvuntur obiectio-**  
nē.  
Non Obst. 1. L. 4. §. 13. ff. de Re. mil. nam rideo eam loqui de emansione, quæ extra prælium fit, non quæ in prælio, de quâ hic, nec ibi dici emansionem extra pœnam esse, sed hoc tantum eam mitius, quām desertionem puniri. Non Obst. 2. L. 5. pr. ff. Eod. rideo loqui de desertione, non emansione, de quâ hic, nec ibi desertorem ultrò reversum pœnā eximi, sed tantum sanciri, eum mitius puniendum esse, quām deprehensum. Non Obst. 3. L. 19. pr. ff. ad leg. Corn. de fals. rideo eam loqui de falsâ monetâ inchoatâ non perfectâ.

**Si Domi-**  
num lethali-  
liter vulne-  
ratum pu-  
taverit ni-  
hilominis  
feudum a-  
mittit.

Non minus Vasallum feudo mulctari posse, si Dominum lethaliter vulneratum erroneè existimans deseruerit, communiter tenent DD. quia non solùm dolus, sed etiam culpa Vasalli punitur z. f. 24. §. 2. vers. præterea. Bocer. dīff. 16. th. 119. Rittersh. d. l. q. 51. secūs si probabiliter & justis de causis eum mortuum, vel lethaliter faucium crediderit, modò non ipsius Domini sui, sed socii seu foederati causâ bellum geratur, nam alias Domino etiam læso causa successoris adhuc supereat à Vasallo defendenda.

**Quid si plu-**  
res feudum  
commune  
teneant &  
enius Domi-  
nius deserat

72. Sed quid si plures feudum commune teneant, & unus eorum Dominum deserat? Bald. ad cap. quia suprà 1. f. 5. Schrad. part. 6. cap. 6. n. 91. fidem & perseverantiam reliquorum fugientem à pœnâ excusare volunt. Alii distinguunt inter feudum dividuum, & individuum, illud amitti, hoc retineri statuunt. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 96. vers. pro solutione. Curt. Jun. part. 4. n. 18. Alii, quos & ego sequor, simpliciter affirmant Vasallum fugientem privationis pœnam incurrire, quia non implicat portionem hanc reliquis applicari, vel Dominum loco perfidi cum reliquis in communione vivere. Rosenth. cap. 10. concl. 16. Lud-wel. Syn. f. F. cap. 18. pag. 470. Vultej. lib. 1. cap. 11. n. 19. In civitate vel universitate feudum ab aliquo possidente aliter obtinet, cùm pars civitatis neque delinquendo, neque contrahendo toti civitati possit præjudicare. Laudens. in cap. 1. n. 15. Zaf. part. 10. n. 71.

73. Sunt

73. Sunt tamen certi casus, quibus Vasallus absque me-  
tu caducitatis Dominum in prælio dimittere potest, veluti  
quando ad defendendum Dominum prorsùs factus est inhabi-  
lis, item si aliter vita sua consulere, aut jacturam bonorum  
suum evitare nequiverit, non enim tenetur salutem Domi-  
ni vita propria ac bonis præferre, cum ordinata charitas in-  
cipiat a se ipso, insuper & libertus, cui Vasallus plurimum  
comparatur, vitam patroni sua præferre non obligetur L. 5.  
§. penult. ff. de agnosc. libert. plura vide apud Coccej. Hypom.  
J. F. tit. II. §. 8.

Casus ex-  
cepti, in qui-  
bus Vasallus  
Dominum  
deserere po-  
test.

74. Sed quid dicendum si substitutus Vasalli Dominum  
in prælio campestri deserat? communis est opinio Vasallum  
feudo privandum non esse, ad interesse tamen civile obligari;  
quod in casu, quo Vasallus in eligendo substitutum culpam  
commisit, non negaverim, quodsi vero nullius culpæ argui  
possit, Dominusque substitutum voluntariè admiserit, nec  
Vasallum feudum amittere, nec ad interesse teneri credide-  
rim.

Ob fugam  
substituti  
Vasallus Do-  
mino non  
tenetur.

75. stò. Delinquit Vasallus omittendo, si intra annum  
investituram petere neglexerit 2. f. 24. in pr. excusat tamen  
justa causa, de quibus vide Coccej. cit. loc. §. 19. Simultanea  
quoque investitura perit, si negligatur, nec agnati succedere  
possunt, nisi probent, daß sie von Fall zu Fall der gesambten  
Hand Folg gothan H. Pist. l. 2. q. 20. Finckelth. disp. 8. th. 4.  
Coccej. tit. II. §. 26.

Propter  
non petitam  
investitu-  
ram feudum  
amittitur.

76. Denique si servitia ratione feudi Domini debita præ-  
stare renuerit 1. f. 21. ratio exprimitur 2. f. 24. §. 2. in verb.  
sed non est alia justior causa beneficii auferendi, quam si id,  
propter quod beneficium datum fuerit, hoc servitium facere  
recusaverit, quia beneficium amittit. Aliud est, si forte  
ideo non servierit, quia non potuerit, tunc enim feudum  
non amittit. Ex quibus verbis inferri potest, quod Vasal-  
lus annum canonem, quem Domino ex conventione debet,  
per triennium fraudulenter & perfidè non solvens feudum a-  
mittat arg. L. 2. Cod. de Jur. Emphyt.

Item si Va-  
sallus ser-  
vita prestare  
recusaverit.

*Culpa uniuersitatis  
non nocet  
alterius.*

77. In ordine ad amissionem feudi tamen culpâ alterius alteri non nocet, non prælati capitulo 2. f. 40. §. fin. Rosenth. cap. 10. concl. 3. Administratorum civitati. Rosenth. d. l. concl. 6. Tutorum, aut curatorum minoribus. L. 3. & 4. ff. quando ex fact. tut. L. 3. Cod. Eod. Vasalli agnatis, et si heredibus. arg. 2. f. 45. nocet tamen Vasallis culpa eorum, quos ipsi eligunt, ut substituti, vel procuratoris, def. Trägers v. g. mariti Coccej. tit. 6. §. 35. Nisi Dominus in substitutum consenserit. Nec feloniam committitur nisi in Dominum, non in fructuarium, administratorem &c. 2. f. 33. §. 1.

*Ammissionem  
feudi senten-  
tia sal-  
tem decla-  
ratoria pre-  
cedat neces-  
se est.*

78. Ut autem Vasallus propter commissam feloniam beneficio suo excidat, causæ cognitio, sententiæque judicis condemnatoria præcedat necesse est. 1. f. 21. & 1. f. 22, §. fin. item 2. f. 26. §. *Vasallus si feudum.* quæ in casibus, quibus feudum ipso jure amittitur, est duntaxat declaratoria, nimirum delicti commissi & pœnæ, in reliquis verò casibus, quibus feudum non ipso jure committitur, est privatoria. Est tamen regula generalis, quod feudum nunquam ipso jure committatur, nisi hoc expressâ lege dispositum reperiatur, aut rationes legis apertè convincant, à quâ communis regulâ in dubio non erit recedendum.

*Propria  
auctoritate  
Dominus  
feudum oc-  
cupare ne-  
quit.*

79. Sive autem Vasallus ipso jure privatus sit feudo, si ve per sententiam privatoriam eo privetur, Dominus auctoritate propriâ feudum occupare non potest, idque manifestè probatur per textum 2. f. 22. ubi formalia: *Quod si neque ve-  
nerit ad tertiam vocationem hoc ipso feudum amittat, &  
ideò debet Curia Dominum mittere in possessionem.* Insuper in eodem textu subjicitur: quodsi Vasallus conqueratur de Domino, *forsan quia feudum malo ordine intravit*, curia Dominum competenter cogere debeat, ut possessionem restituat. Plura videre licet apud Rosenth. cap. 10. concl. 41. ubi per 158. num. hanc materiam exponit.

*Questio ad  
quem feu-  
dum amis-  
sum devol-  
vatur.*

80. De eo magis disceptari video, ad quem feudum amissum devolvatur? ubi distinguendum īmō, an feudum fuerit amissum culpâ Vasalli, an sine ejus culpâ, si culpâ Vasalli, subdividendum, an culpa fuerit commissa in Dominum,

num, an in extraneum, illo casu sive feudum sit novum, sive antiquum ad Dominum directum revertitur. 2. f. 24. §. denique. Quem textum tantum de feudo novo intelligendum esse, quidam contendunt, verum quod & antiquum ad Dominum redeat, patet ex textu lib. 2. f. tit. 37. qui loquitur in casu feloniae in alium commissae, & subiungitur: *quia tamen ea erga Dominum non fuerit facta, ad agnatum proximorem feudum pertinebit, si paternum fuerit.* Ergo si felonie committatur in Dominum, Domino feudum aperitur. Hoc casu, quando videlicet in extraneum fuit commissa felonie, rursus distinguendum inter feudum novum & antiquum, novum enim ad Dominum, antiquum vero ad proximos agnatos exclusis filiis devolvitur. Probatur haec distinctione per d. text. lib. 2. f. tit. 24. §. denique. Qui habet: *Si vero non in Dominum, sed alias graviter deliquerit, sicut ille, qui fratrem suum interfecit, vel aliud grave crimem (quod parricidii appellatione continetur) commiserit, feudum amittit: & non ad Dominum sed ad proximos pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum.* Ergo si novum fuerit, pertinebit ad Dominum. Si feudum sine culpâ fuerit amissum, putâ ob defectum corporis, vel susceptionem clericatus, feudum novum ad ipsum Dominum, antiquum vero ad descendentes vel collaterales devolvitur. Vide tamen *suprà n. 21.* Est tamen easus quidam, quo feudum antiquum sine culpâ amissum ad Dominum devolvitur, scilicet cum Vasallo sine culpâ suâ casus perpetuus, feudo nondum quæsito, accidit, quo servitii magis, quam feudi fit incapax: tunc enim ipse alimenta inde capit, eoque mortuo ad ejus liberos feudum reddit. Ratio, quare ad Dominum revertatur, est ista, ut loco servitorum fructus consequatur.

81. Illud tamen notandum, quod feudum antiquum Feudum ob feloniam ad Dominum reversum, non diutiùs apud eum antiquum remaneat, quam Vasallus delinquens vivat, eo enim mortuo ad Domi- tuo feudum agnatis collateralibus defertur, quorum jus à num rever- primo acquirente quæsitus per delictum Valalli interverti sum non manet penes non potuit. arg. 1. f. 8. §. 1. 2. f. 40. vers. item si clericus. ipsum in E Atque. perpetuum.

Atque hæc ratione & Dominus habet injuriæ sibi illatæ ultionem, nec agnatorum juri detrahitur, cum illis ex delicto in Dominum commissio nullum jus succedendi competat, sed demum ex morte Vasalli. Struv. cap. 15. aph. 14. Itter. de feud. Imp. cap. 24. n. 10. Vultej. lib. 1. cap. 11. n. 70. vers. priorem igitur. ubi plures sententiae hujus fautores allegat. Dissentient Fachin. lib. 7. contr. cap. 22. Schamb. de feud. tit. 29. n. 2. & 3.

*Casus Ex-  
cepti, in  
quibus feu-  
dum ob felo-  
niam in Do-  
minum  
commissam  
amissum  
statim ad  
agnatos de-  
volvitur.*

82. Nonnunquam etiam feudum ob culpam in personam Domini commissam amissum, non exspectata morte Vasalli delinquentis, statim ad proximos agnatos devolvitur, quando videlicet Dominus delicti causam dedit, aut cum Vasallo collusit, quo casu filii quoque ad successionem feudatiam admitti debent, sicut & in casu, quo descendentes vel agnati proprio nomine jus ad feudum habent, ut si feudum omnibus principaliter sit concessum, item si feudum tempore delicti commissi adhuc penes avum fuerit, hoc siquidem casu nepotes non patri sed avo in feudo succedunt. Rosenth. cap. 11. concl. 6. alios casus quibus feloniam Vasalli non nocet liberis vide apud Coccej. tit. 11. §. 34.

*feloniam  
Dominum re-  
nunti potest,  
etiam invi-  
tis agnatis.*

83. Cæterum, quæ de amissione feudi ob feloniam Vasalli hucusque dicta sunt, dum demum procedunt, nisi Dominus renunti potest, minus commissam feloniam vel expressè vel tacitè remiserit, quæ remissio etiam invitisi agnatis, ad quos feendum devolveretur, fieri potest. Recess. Imp. de Anno 1570. §. 40. modò sententia judicis condemnatoria nondum fuerit lata, per hanc enim agnatis jus ad feendum acquiritur, quod ipsis invitisi auferri non potest. Struv. cap. 15. aph. 12. n. 9.

*Eadem ser-  
vatione a-  
mittit Do-  
minus pro-  
prietatem,  
quæ Vasal-  
lus Domi-  
num utile.*

84. Quemadmodum autem Vasallus variis ex causis Dominium utile, ita ex iisdem causis (nisi manifesta disparitatis ratio adsit) Dominus Dominium suum directum amittere solet 2. f. 6. in fin. sive Vasallus juraverit, sive ex pacto jurare non teneatur. 2. f. 47. Rosenth. cap. 11. concl. 19. Vultej. lib. 1. cap. 11. n. 52. Coccej. tit. 11. n. 22. & ita DD. communiter.

*Questio*

85. Cuinam verò Dominium directum cedat, in diver-  
fas

fas abeunt sententias : quibus omissis rideo cum D. Schamb. euinam ce-  
de feud. tit. 32. distinguendo utrum Dominium illud dire- dat Domi-  
Etum fuerit allodiale , an verò feudale , illo casu Dominium nium dire-  
directum consolidatur cum dominio utili 2. f. 6. & 26. §. 5. Elum  
Vers. Domino. item. 2. f. 47. sive feudum fuerit novum ,  
sive antiquum. Hoc casu agnatis Vasalli delinquentis per  
investituram ad feudum vocatis , vel his deficientibus Domi-  
no superiori applicatur. Dissentit Thomasius *in dissert. de*  
*felonia Domini §. 7. & seqq.* & quamvis citatos textus in du-  
**bium vocare nequeat , attamen eos in germaniā nunquam**  
**fuisse receptos in §. 16. ex Schiltero in Cod. Jur. Alem. feud.**  
**in Com. ad cap. 69. ostendit , sed quia JC. Germaniae com-**  
**muniter ac sine contradictione textus feudales in lib. 1. & 2.**  
**usque ad tit. 58. allegare solent , vix est credibile , dictos**  
**textus in germaniā non fuisse receptos.**

## ARTICULUS XX.

### De Judicio & Processu feudali.

#### S U M M A R I A.

1. *Transitio.* 2. *Actiones nomine feudi competentes varie sunt.* 3. *Quenam actiones Vasallo nomine feudi constituendi dentur.* 4. *Nomine feudi constituti datur actio realis & personalis.* 5. *Publiciana datur Vasallo contra Dominum.* 6. *Actio confessoria & negatoria etiam Vasallo* competunt. 7. *Utrum Vasallus possit agere petitione hereditatis.* 8. *An Interdictis uti possit.* 9. *Officium judicis nobile implorare potest.* 10. *Domino contra Vasallum pa- riter actio realis & personalis competit.* 11. *Contra ter- tium non datur Domino actio personalis.* 12. *Contra Va- sallum non habet actionem realem , nisi feudum sit ipso ju- re commissum.* 13. *Quatenus contra tertium actio realis*

Domino detur. 14. Interdicta Domino competunt. 15.  
 Actio præjudicialis directa Domino denegatur. 16: & 17.  
 Quando & quibus actionibus descendentes experiri possint.  
 18. Quando agnatis actio concedatur. 19. Coram quo ju-  
 dice cause feudales agitari debeant. 20. Quando Domi-  
 nus directus sit judex competens. 21. Imperator in cau-  
 sis capitaneorum pares curia non adhibet. 22. Fæmina in  
 feudalibus judex esse potest. 23. Item rusticus. 24. &  
 25. Quando Pares Curie judices agant. 26. Pares Cu-  
 rie regulariter omnes judicant. 27. Solus Dominus non  
 potest eligere pares ad judicandum. 28. Pares Curie à  
 partibus electi non præstant novum juramentum. 29.  
 Quisnam in causis subfeudorum judex sit. 30. In judi-  
 cem etiam eligi potest ille, qui non perpetuò manet Vasal-  
 lus. 31. Quandoque ordinarius loci cognoscit. 32. Quis-  
 nam sit judex, si de possessione litigetur. 33. Quisnam  
 jure feudali Alemanno sit judex competens. 34. Diffe-  
 rentia inter jus feudale longobardicum & Alemannicum  
 quoad numerum parium. 35. Quaritur, quis hodiè de  
 controversiis feudorum Imperii cognoscat. 36. & 37.  
 Ampliationes quadam de reservâ Imperatori jurisdi-  
 ctione. 38. An Imperator exclusis Imperii Statibus possit  
 cognoscere de feudis Imperii Regalibus. 39. Ortâ inter  
 Imperatorem & Vasallum Imperii lite Status Imperii cog-  
 noscunt. 40. Vicarii Imperii etiam de feudis Imperii co-  
 gnoscere possunt. 41. Resolvuntur objectiones. 42. In  
 subfeudis imperii vel Dominus subinfeudans vel subvasal-  
 li judices agunt. 43. Judicium Austregarum non habet  
 locum in feudalibus. 44. Quomodo in causis feudalibus sit  
 procedendum. 45. Quoad citationem differt jus feudale à  
 jure communi. 46. Item in modo procedendi in contumaci-

am. 47. An juramentum calumniae in causis feudalibus sit praestandum. 48. Reconventio in causis feudalibus locum habet. 49. 50. & 51. Enumerantur quædam specialia in materia probationis. 52. An adhuc hodie obtineant. 53. Actore non probante Reus absolvitur. 54. Juramenta in causis feudalibus praestari solita praestabantur olim cum 12 Sacramentalibus. 55. Si partes ulterioribus probationibus renuntient judex fert sententiam. 56. Quid in illâ ferenda sit observandum. 57. 58. & 59. Declaratur quid in appellatione sit observandum. 60. Quomodo executio fiat in feudalibus. 61. Quisnam exequatur sententiam feudalem. 62. In feudis Imperii executio fit à Ducibus Circulorum. 63. Dominus condemnatus gaudet beneficio competentiae, non etiam Vasallus

## I.

**C**um de feudis non minus ac aliis rebus frequentes ori- Transitis.  
antur controversiae, superest, ut cognito, quid uni-  
cuique ratione juris feudalis tribuendum sit, quâ ratione  
quisque suum consequi possit, dispiciamus: ad cuius facilio-  
rem intellectum primò de proditis in hunc finem actioni-  
bus, secundò de judge competente, & tertio demum de  
ipso ordine, & modo in causis feudalibus procedendi tra-  
stabimus.

2. Actiones nomine feudi Domino & Vasallo compe- *Actiones nomine feudi*  
tentes pro diversitate casuum variae sunt, aliæ enim ipsis *varie com-*  
petunt nomine feudi constituendi, aliæ nomine feudi *petunt.*  
jam constituti.

3. Nomine feudi constituendi datur Vasallo contra Do- *Actiones nomine feudi*  
minum actio personalis ex contractu illo oriunda, per quem *di constitu-*  
Dominus ad feudum constituendum se obligavit, ut si per *endis compen-*  
stipulationem feendum sit promissum, datur actio ex stipu-  
latu, si per venditionem, actio empti, & sic de reliquis *tentes.*  
contractibus nominatis; si per contractum innominatum fa-  
cta sit illa promissio, actionem præscriptis verbis intentare  
pote-

poterit, si nudo tantum pacto condictionem ex moribus dat Stryk. *E. J. F. cap. 24. q. 5.* Vultej. *lib. 2. cap. 1. num. 11.* alii condictionem ex lege tribuunt, quâ de re suprà egimus, estque actio ratione feudi competens bonæ fidei, rei persecutoria, & perpetua. Si verò ex ultimâ voluntate v. g. ex legato feudum debeatur, legatario non competit actio vindictoria, sed actio personalis ex testamento adversus haredem ad complendam investituram, per quam modò jus reale in ipsum legatarium transfertur, quod in alios ipso jure à morte testatoris transit.

*Actiones  
feudi consili-  
tui nomine  
competen-  
tes.*

4. De feudo jam actualiter constituto tām reales quām personales actiones Vasallo competent; Personales ex contractu per quem Dominus Vasallo aliquid præstandum promisit, Reales videlicet utilis rei vindicatio, quā experiri potest adversus quemcunque possessorem aut detentorem *z. f. 8. vers. Rei autem.* etiam contra ipsum Dominum, si ille feudum injustè detineat *arg. L. 1. s. 1. ff. si ag. vētig. pet.* Vultej. *lib. 2. cap. 1. n. 13. vers. quod autem Clarus s. feu- dum q. 89.*

*Dotur con-  
tra Domi-  
num actio  
publiciana.*

5. Publicianā quoque actione in casu posito contra Dominum agere potest Vasallus, cum possessio Ejus respectu Dominii utilis sit vitiosa.

Nec obſt. *s. 4. Inst. de Act.* in quo publicianam contra Dominum dari negatur; loquitur enim ille *s. de bonæ fidei possesso*, qui causam suam non habet à vero domino, Vasallus econtrà ab ipso Domino causam habet. *Hunn. cap ult. p. 397.*

*Confessoria  
et Negatori-  
a etiam  
Vasallo com-  
petunt.*

6. Non minùs ad servitutem feudo debitam afferendam, vel ab alio in feudo denegandam actio realis Vasallo competit, confessoria scilicet & negatoria *z. f. 8. vers. Rei au- tem.*

*An peticio-  
ne heredi-  
tatis agere  
possit.*

7. An autem Vasallus petitione hæreditatis ratione feudi experiri valeat, queritur? quod possit, si feudum sit hæreditarium, & alter pro hærede vel possessore possideat, extra controversiam est, cùm tale feudum habeatur pro re hæreditariā. De feudo ex pacto & providentiā dubitatur, & respon-

respondeatur hoc in petitionem hæreditatis non venire, quia  
appellatione hæreditatis nullatenus continetur, sed ei oppo-  
nitur 2. f. 51. §. si contentio. Mynsing. Cent. 3. obseru. 67. n. 2.  
Gail. lib. 2. obs. 154. n. 10. & seqq.

8. Non petitorio judicio duntaxat, sed etiam posseſſo- Interdicta  
etiam vas-  
sallus dan-  
tur.  
rio, sive interdictis vasallus jus suum tueri potest, quod de  
interdicto adipiscendæ, & retinendæ posſeſſionis non videtur  
eſſe dubium, ſicut & de interdicto recuperandæ posſeſſionis  
in caſu, quo vasallus ab aliquo tertio de posſeſſione eſt deje-  
ctus, ſi verò à Domino posſeſſione ſuā fuerit privatus, po-  
tiū a ctio in factum erit instituenda, niſi viſ armata à Domi-  
no illata ſit. Stryck. E. J. f. cap. 24. q. 21. Struv. Synt. J.  
f. cap. 11. aph. 3. n. 1. Zaf. part. 7. n. 49. quo ſenſu intelli-  
gendum eſt n. 33. Art. 19.

9. Denique & officium judicis nobile implorare potest, Poteſt que imple-  
ſi fortè à Domino niſi gravetur ſervitiis, aut aliás in posſeſſio- rare offi-  
ne turbetur. Rosenth. cap. 12. concl. 12. n. 26. Curt. jun. cium judicis  
part. 7. n. 39. Vultej. lib. 2. cap. 1. n. 10. nobile.

10. Domino æquè contra Vasallum, quam Vasallo con- Domino  
contra va-  
ſallum com-  
petunt  
a ctiones re-  
ales & per-  
sonales.  
tra Dominum tam personales, quam reales a ctiones dantur:  
& personales quidem ad implendum id, ad quod ex speci-  
ali conventione Vasallus ſe obligavit, veluti ſi per stipulatio-  
nem certa promiferit ſervitia, Dominus ea vel a ctione ex ſti-  
pulatu, vel ob concurrentem contractum innominatum do-  
ut facias, a ctione præscriptis verbis exigere, vel, ſi malit,  
condiſione causâ datâ causâ non fecutâ ad repetendum feu-  
dum agere potest 1. f. 21. quod ſi ex ſpeciali curiæ conſue-  
tudine, vel ex feudal iure aliquid præſtare teneatur, con-  
dictio ex lege ſeu moribus locum habet.

11. Adversus tertium Dominus a ctione personali agere Personali  
non potest  
agere con-  
tra tertium.  
non potest, cum non niſi contra eum, qui nobis ex contra-  
etu, vel delicto obligatus eſt, dari ſoleat. §. 1. Inst. de Act.  
L. 25. in pr. ff. de obl. & Act.

12. Sicut autem Dominus contra tertium a ctionem per- Nee reali  
contra va-  
ſallum, niſi  
feudum fue-  
nun  
fonalem intentare nequit, ita eidem contra vasallum non da-  
tur a ctio realis, niſi feudum fuerit ipſo jure commiſſum, hoc  
enim

*rit ipso iure enim casu dominium statim redit ad dominum solâ feudi pos-  
commissum. fessione penes vasallum remanente, ad quam consequendam  
rei vindicatio ipsi conceditur; in reliquis casibus, quibus non  
nisi mediante sententiâ privatoriâ feudum committitur, cùm  
per eam modò dominium vasallo auferatur, non actione rea-  
li, sed personali, condicione nimirum causâ datâ causâ non  
secutâ, vel condicione ex lege ad Dominum unâ cum posses-  
sione sibi restituendum agere potest. Vultej. lib. 2. cap. 1. n. 19.  
Struv. S. J. f. cap. 16. aph. 2. n. 4.*

*Altio rea-  
lis Domino  
contra ter-  
tium datur.*

*Interdictis  
Dominus  
experi po-  
test contra  
quemcun-  
que.*

*Præjudicia-  
lis directa  
non datur  
Dominio  
contra va-  
sallum.*

*Filiæ datur  
remedium  
ex L. fin. C.  
de Edict. D. fin. Cod. de Edict. D. Hadri. toll. vi cuius, incidente inter  
Hadri. toll. ipsam & agnatum super re feudali controversiâ, in posses-  
sionem*

13. Datur tamen Domino actio realis, seu directa rei  
vindicatio contra quemvis possessorem extraneum, si vasallus  
agere aut nolit, aut non possit; Nam si in vindicatione rei  
feudalis Dominus & vasallus concurrant, vasalli causa potior  
est. Rosenth. cap. 12. concl. 12. n. 3. Vultej. lib. 2. cap. 1. n. 14.  
Stryck. E. J. f. cap. 24. q. 6. & 7.

14. Interdicta quoque Domino competere expeditum est, sic  
si à vasallo, vel à quocunque alio in quasi possessione Dominii tur-  
betur, utili Interdicto uti possidetis contra turbantem se tueri  
poterit: similiter si vasallus in verâ suâ possessione inquietetur,  
& agere nolit, vel non poscit, Domino utili hoc Interdicto suc-  
curritur. Vultej. lib. 2. cap. 1. n. 22. si verò planè possessio-  
ne suâ civili spoliatus fuerit, datur ei utile Interdictum un-  
de vi, nec non remedium ex Canone redintegranda caus. 3.  
q. 1. vel etiam remedium utile ex L. ult. Cod. de acquir. vel  
amitt. possess. Thylli in Not. ad E. J. f. Stryck. cap. 24.  
q. 13.

15. Præjudiciale actionem Domino contra vasallum,  
qui se tales esse negat, nonnulli denegant, quod de direc-  
tâ verum est, quia in personam vasalli nullum jus habet,  
utilem tamen ipsi competere verius videtur arg. liberti. Lud-  
well. Synop. J. f. cap. ult. p. 522. Stryck. E. J. f. cap. 24.

q. 15.

16. Descendentibus & agnatis quandoque de feudo, &  
ad feudum actiones competunt, ita filiæ datur remedium L.  
de Edict. D. fin. Cod. de Edict. D. Hadri. toll. vi cuius, incidente inter  
Hadri. toll. ipsam & agnatum super re feudali controversiâ, in posses-  
sionem

nem rei controversæ est immittenda, quia & fœminæ multis in casibus feudorum capaces sunt, idèque non in possessorio, sed demùm in petitorio judicio discutiendum, ad quem bona controversa pertineant: nisi manifestò constaret, bona illa feudalia ejus qualitatis esse, ut à fœminis possideri nequeant; hoc siquidem casu neutiquam in possessionem immittenda foret. Vultej. lib. I. cap. 9. n. 59. & 60. Idem dicendum quando frater cum sorore in apprehendendâ possessione feudi à patre relicti concurrit.

17. Atque ex hoc sequitur, quod multo magis in possessione adeptâ manuteneri debeat, & si possessione suâ spolieatur, interdicto recuperandæ possessionis eam recuperare possit. Curt. jun. Cons. 41. n. 10.

18. Agnatis actio datur, si, ut modò insinuatum est, Vasallo sine hærede masculo defuncto, probationes in promptu habeant, feudum relictum à fœminâ possideri non posse: similiter feudo cum consensu Domini alienato datur ipsis vel actio revocatoria ex jure περιποίησεως, vel ex jure devolutæ successionis, de quibus plura videri possunt apud Vultej. lib. I. cap. 11. n. 79. usquè ad n. 110. Plures actiones pro qualitate casuum ratione feudi tām Domino, quām Vasallo competere certum est, quibus speciatim enumerandis, cūm per omnia ferè juri Civili convenient, ac prolixo satis calamo à Rosenthalio cap. 12. concl. 11. & seq. nec non ab aliis annotatæ reperiantur, studio supersedemus, & hoc unicūm adhuc superaddimus, quod sicut in civilibus, ità etiam in feudalibus causis quandoque ordinariè, quandoque sumariè procedatur. Summarie processus instituitur, quandò de viduarum, vel filiarum dote, dotalitio, aut vitalitio litigatur; omnes enim causæ dotis, alimentorum, viduarum, & pupillorum summarie tractari debent. Martini in comm. ad rubr. ord. proc. Sax. n. 62. 72. 73. 106. quibus præmissis

19. Ad Articuli hujus membrum secundum, coram quo quisnam sit iudice nimirūm actiones illæ proponi debeant, progredimur: ubi varia benè secernenda sunt. I. quid obtinuerit de jure

antiquo longobardico & germanico. 2. quid hodiè in feudis Imperii immediatis & mediatis obtineat, quæ differentia necessariò facienda, quia hodiernus processus feudal is à longobardico multùm differt, nec à feudis Imperii immediatis ad media ta à statibus Imperii dependentia argumentari semper licet, quam rem fusè tractat Henric. Rosenth. in tract. & Synopst. totius Jur. feud. cap. 12. in 20. conclusionibus.

*Dominus  
directus  
quando ju-  
dex compe-  
tens.*

20. Jure longobardico Judex causarum feudalium est quandoque Dominus directus, quandoque Pares Curiæ. Dominus directus est Judex competens, quoties inter ipsos convasallos certò tales de feudo controversia movetur 2. f. 55. §. 2. in fine. Nec distinguendum qualis sit Dominus, quia in causa feudal i etiam Vasallus Clericus coram Domino laico conveniri potest Cap. novit. 13. de Jud. & cap. 6. & 7. de foro compet. Rosenth. cap. 12. concl. 1. n. 10. vide su prà tit. 4. n. 16.

*Imperator  
in causis  
Capitane-  
orum solus  
cognoscit.*

21. Imperator quoque tanquam Dominus directus in causis feudalibus Capitaneorum, h. e. principaliorum Statuum Imperii Pares Curiæ in judicio feudal adhibere non tenetur, quod tamen facere debent Status de jure longobardico, si in causis Vasallorum cognoscant 1. f. 18. Struv. S. J. F. cap. 16. aph. 5. n. 1. Vultej. lib. 2. cap. 2. n. 8.

*Fœmina  
in causis  
feudalibus  
potest esse  
judex*

22. Fœmina quoque Dominium directum habens in cau sâ feudal i cognoscere potest, quamvis enim mulier à munere judicandi regulariter repellatur L. 12. §. 2. ff. de Jud. hoc tamen perpetuam exceptionem habet, quando talem ac quirit dignitatem, cui annexa est jurisdictio. Struv. S. J. F. cap. 5. aph. 3. n. 1. Schrad. part. 10. Sect. 1. n. 6. similiter fœmina potest esse judex in causâ suorum subditorum si in feudo fœmineo succedat, & in tali feudo judicia Ober- oder Unter-Gericht reperiantur, potestque, si ipsa non intelligat, judicium per alium gerere.

*Etiam ru-  
sticus.*

23. Etiam rusticus judex feudal is esse potest. Rosenth. l. cit. n. 6. & 7. si nempè Vasallos habeat, qui ab ipso fe duum recognoscant. Coccej. in disp. de eo, quod justum est circa rusticos in materia feudal i cap. 2. §. 6. in fine, quam vis

vis enim rusticus servitiis militaribus non indigeat, capax tamen erit feudi, & jurisdictionis feudalism, cum haec servitia non ad substantialia, sed naturalia tantum feudi, quae abesse possunt, pertineant.

24. Pares Curiæ sunt judices, quoties Dominum inter Pares Cu- & Vasallum controversia feudalism oritur, ut potè si Domi- ria judices  
nus Vasallum commissæ feloniam arguat, quam Vasallus com- sunt, si lis sit  
missam esse negat, vel si Dominus feodium masculinum esse inter Domi-  
contendat, quod Vasallus foemininum esse afferit. 2. f. 16. & num & Va-  
39. §. si inter Dominum & Vasallum & 2. f. 55. §. 2. in fin. salum.  
ratio est, quia nemo est judex in propriâ causâ.

25. Non minus officio judicis funguntur, quando con- Item sibi  
tentio inter duos Vasallos orta Dominum per consequenti- inter con-  
am concernit, ut aperte habetur 2. f. 46. cujus verba : vasallos or-  
quodam sine filio decedente, alius credens beneficium, quod ta Domi-  
ipse tenebat, apertum Domino esse, ab eo investitus est ejus num in-  
beneficii nomine, econtra apparent agnati, qui feodium si- direllē  
bi vendicant quasi paternum, est igitur questum, an a- concernat.  
pud curiam Domini, vel judicem sit hec questio terminan-  
da? & responsum scio, quia ad Dominum quodammodo cau-  
sa spectare videtur, ad quem investitus habebit regressum  
de evictione, ut coram paribus finiatur curtis. Quod ob tex- Elsi Domi-  
tuum generalitatem etiam de Domino non recognoscere supe- ntu non re-  
riorem afferendum. Itter. de feud. Imper. cap. 25. §. 17. Vul- cognoscat  
tej. lib. 2. cap. 2. n. 34. neque, ut Modestinus Pistor. Vol. I. Superio-  
Conf. 59. q. 2. n. 45. aliquique ex antiquioribus JC. volunt, rem.  
attendenda est qualitas Parium, cum Pares etiam inferioris Aut Pares  
conditionis, quam sunt ipsi litigantes, cognoscendi potesta- inferioris  
tem habeant. Mynsing. Cent. 4. obs. 89. n. 3. Curt. Jun. conditionis  
part. 7. n. 34. modò sint Pares Curiæ ejusdem 2. f. 16. & fi- sint.  
delitatem Domino juraverint. 2. f. 55. §. 2. in fine. exclu-  
duntur proinde illi, qui sub aliâ Curiâ sunt, nisi in eâdem  
Curiâ tot Pares non reperirentur, quibus formari posset ju-  
dicium feudale. Modest. Pist. l. c. n. 46. inspicienda tamen con-  
suetudo cuiuscunq; Curiæ.

26. Si plures sint ejusdem Curiæ Pares omnes judica- Pares Ca-  
bunt, riæ omnes

*judicant, bunt, nisi litigantes aliquos ex illis eligere maluerint; in quibus eligendis si dissenserint, permittitur prius Domino quot & quos voluerit nominare, secundum quem numerum a Domino comprobatum Vasallus pariter ex reliquis, quoscunque velit, eligere potest. 2. f. 16. quod si Dominus eligat, Vasallus verò electionem subterfugere querat, in ipsius pœnam soli a Domino electi controversiam diriment. Rosenth. cap. 12. concl. 8. n. 9. & seq. Mynsing. Cent. 4. obs. 89. n. 5. & 10. Struv. S. J. F. cap. 16. aph. 6. n. 3. idem dicendum si Dominus electionem subterfugiat.*

*Solus Dominus nequit eligere Pares.*

27. Ut autem solus Dominus eligat, vix est ut admitti possit, tūm quia textus feudales expressè electionem tam Vasallo, quam Domino tribuunt, tūm etiam quia pessimè exempli est, eum judicem dari, quem altera pars nominatim petiit L. 47. ff. de jud. Rosenth. cap. 12. concl. 20. Zas. part. II. n. 12. cum seqq. Gail. lib. 2. obs. 34. pacto tamen investituræ inserto caveri posse, ut solus Dominus vel etiam Vasallus eligat, expeditum est. arg. L. 1. §. 6. ff. Depositaria & L. 23. ff. de R. J.

*Pares curiae judices ele-  
cti non pre-  
stant no-  
rum jura-  
mentum.*

28. An verò Pares Curiæ ritè electi novo juramento, quod secundum jus judicare velint, adstringi debeant, queri solet? & respondeatur N. sed sub præstito fidelitatis juramento hoc promittunt. Per textum 2. f. 55. §. 2. in fine ubi tantum fit mentio de Paribus Curiæ sub debito fidelitatis, non sub debito rectè judicandi, conjuratis. Mynsing. Cent. 4. observ. 89. n. 6. & 9. Vultej. lib. 2. cap. 2. n. 29. Stryck. E. J. f. cap. 25. q. 8. per verba igitur sub debito fidelitatis conjuratos. 2. f. 55. expressa, non denotatur quasi Pares novum teneantur præstare juramentum, sed quod tantum de præstito juramento moneantur.

*Sub vasal-  
lorum lites  
coram reli-  
quis subva-  
sallis vel  
Domino  
subinfeudata  
debent.*

29. Quod si Vasallus alios de feudo suo subinfeudaverit, hisque inter ipsum & subvasallum orta fuerit, coram reliquis subvasallis causa agitari & terminari debet, quia illi sunt ejusdem Curiæ Pares: sic etiam incidente inter ipsos subvasallos controversia, subinfeudans tanquam Dominus Curiæ hujus inferioris cognoscit. Rosenth. cap. 12. concl. 7. n. 19. Bendant finiri sold. thes. pract. voc. Mann: Gericht. 30.

30. Illud quoque notandum, quod & ii, qui tantum feuda emptitia cum pacto de retrovendendo, vel pignoratio-  
tia, aliisque similia possident, in judices eligi possint; quia sufficit eos tempore litis pendentis Domini Vasallos esse. Pa-  
riter & Vasallus de commissâ felonâ accusatus, nondum ta-  
men per sententiam condemnatus, recte eligitur. Schrad.  
part. 10. Sect. 7. n. 156. quomodo autem Pares Curiæ con-  
stituantur, & de modo procedendi vide Ludovici Einleitung  
zum Lehren & Proces cap. 1. §. 18. & seqq.

31. Nonnunquam etiam ad ordinarium loci cognitio causarum feudalium pertinet, quandò nimirūm vel causa non est perfectè feudalis, vel judex feudal ex rationabili causâ ut suspectus reculatur, vel judicium feudale planè deficit, forte ob defectum Parium. arg. 2. f. 16. in verb. sicut tamen pares habeat.

32. Quæritur, quis judex sit, quandò lis est, cuinam interim possessio decernenda, donec res in petitorio ratione proprietatis finiatur? & judicem esse Dominum directum excluso judice ordinario, quia causa possessorii est causa feudal, multumque interest Domini scire, ad quem interim possessio feudi spectet. Contrarium tamen in praxi receptum esse testatur Rosenth. cap. 12. concl. 12. n. 70. Vultej. lib. 2. cap. 2. n. 45. nostram verò opinionem quotidie practicari, testis est V. Sande. in consuetud. feud. Geldriatr. 3. cap. 1. §. 2. n. 12. plures casus, quibus in controversiis feudalibus jurisdictio judicis ordinarii fundata est, recenset Thyll. in not. ad E. J. f. Stryckii cap. 25. q. 10. Rosenth. cap. 12. concl. 4. Ludovici I. c. §. 20. & 21.

33. Jure feudali alemanico æquè ac jure longobardico judex competens causarum feudalium nonnunquam est ipse Dominus directus, quandò nimirūm inter ipsos convasallos controvertitur, nonnunquam Pares Curiæ, quandò controve-  
ria feudalis Dominum inter & Vasallum oritur, vel inter con-  
vasallos orta Dominum quodammodo respicit, eò quod in propriâ causâ sententiae ferendæ potestas nemini committatur L. unic. Cod. ne quis in sua causâ judicet. Vicarium tamen,

men, qui sui loco judicio feudali præsit, & germanicè ein Lehen-Richter / Lehen / Probst / oder Staabhalter dicitur, vel ex ipsis Paribus Curiæ, vel non contradicentibus litigantibus quemcunque alium constituere potest. *jus feud. alem.* cap. 120. ubi tamen hoc obſervandum, daß von dem Lehen-Herrn diesem Lehen / Richter / und denen übrigen Lehen-Leuten was diese Sach betrifft / ihre ſonſt geleiftete Lehen-Pflicht in ſo weit erlaſſen / daß ſie nicht wider die Achten nothwendig vor dem Lehen-Herrn ſprechen müſſen; dann ſonſt wären ſie dem Geſgentheil verdächtig. Schilter. ad cap. 116. *jur. feud. alem.* §. 3. ubi etiam in cap. 120. §. 5. & 6. ſententias à tali Vicario & aliis Vasallis prolatas recenſet. Si Dominus Vicarium non designet, ſed ſolis Curiæ Paribus cognitionem cauſe committere velit, ipſi Pares aliquem inter ſe eligunt, qui vota reliquorum colligit, & quaſi caput collegii eſt. De quo *jur. alem.* vide Schilter. in *Comm. jur. feud. alem. cap. 116.* §. 3. quamvis autem feudiftæ ſentiant, quod de jure *feud. longob.* Vasallus invitus non teneatur judicem agere, de jure tamen feudali alemannico res aliter ſe habet, ita ut Vasallus etiam invitus judeſ exi debeat. Schilter. l. c. cap. 20. §. 1. Sächſisch-Lehen-Recht / cap. 65. ibi: Wann der Herr ſeinen Mann also theidinget / er mag wohl ſeinen Männer (die da gegenwärtig ſind) mit Urtheil gebieten / daß ſie zu seinen Lehen-Recht kommen; welcher dann der nicht kämpft / den findet man dem Herrn wethäftig mit urtheilen / es benehme ihn dann ehehaftie Noth / daß er nicht kommen möge. Reinhard. *different. jur. civ. & sax. p. 3. different. 13.*

*Differentia  
juris feud.  
longob. &  
Alemanni.  
quoad nu-  
merum Pa-  
rium.*

34. Quoad numerum Parium nonnihil recedit *jus feu-  
dale alemannicum* à jure longobardico, utpotè quo (ſi li-  
gantibus omnes ejusdem Curiæ Pares ad cauſe cognitionem  
admittere diſplicuerit) in arbitrio eorum eſt, quos & quot  
ex illis velint eligere, ut ſuprà n. 26. dictum: econtrà jure  
feudali alemannico *cap. 18.* ad minimūm Pares 12. inter quos  
ipſe Vicarius computatur, requiruntur; quos ſi Dominus in  
Curiâ ſuā non valeat numerare, Dominum ſuperiorem, à  
quo Dominium ſuum recognoscit, ut deficiente Parium nu-  
merum

merum ex suæ Curiæ Paribus suppleat, requirere debet: si autem Dominium suum sit allodiale, causa coram Domino territoriali, vel etiam ordinario loci, modò alias sit judex competens, ventilanda est. Jus feud. alem. cap. 28. vid. Ludovici cap. 1. §. 29. & seqq.

35. Cum autem praxis hodierna à jure longobardico, nec non jure feudali alemannico quoad competentiam fori, præcipue quandò de feudis Imperii controvertitur, ut plurimū aliena sit, videamus quisnam hodie ortā de feudo Imperii lite sit judex competens: ubi conformiter juri longobardico distinguendum, utrūm inter ipsos Imperii Vasallos, an verò inter Imperatorem & Imperii Vasallum de feudo controversia moveatur: priore casu subdistinguendum, an feudum, de quo disceptatur, sit Regale, vel non Regale. Si inter ipsos Imperii Vasallos de feudo Regali lis oriatur Imperatori exclusā Camerā Imperiali jus dicendi facultas competit. Ut patet ex ipsā Ordinat. Cam. part. 2. tit. 7. §. 8b auch. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 8. Schwed. in introduct. in jus publ. part. spec. sect. 1. cap. 9. §. 18. Schrad. part. 10. sect. 2. n. 66. si de feudo non Regali contentio sit, Camera æquè ac Judicium Imperiale Aulicum cognoscere potest. Gail. d. l. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 8. n. 16. & seq. Ludovici cap. 1. §. 32. & seqq.

36. Quod de reservatâ Imperatori in feudis Regalibus Nequidem jurisdictione dictum, ampliatur 1. ut nequidem per compromissum cognitione in ejusmodi causis Cameræ deferri possit, quia juxta d. §. Ord. Cam. est de reservatis Imperatoris, quæ nulli alii communicari possunt, nam alias facile partium compromisso eludi posset hoc Imperatoris reservatum. Iter. de feud. Imp. cap. 25. §. 5. Schwed. d. l. §. 10. Covarr. pract. quæst. cap. 14. n. 1. 2dō procedit, etiamsi tantum de possessione feudi contentio sit, præterquam enim quod jure communi prohibitum, ne continentia causæ dividatur L. nulli Cod. de jud. ipsa legis ratio non minus obtinet in possessorio, quam petitorio; siquidem eodem periculo de possessione, quo de proprietate inter potentiores litigatur. Schwed. d. l.

*Quoniam  
hodie de  
controver-  
sis feudo-  
rum Imperii  
cognoscatur.*

*De feudis  
regalibus  
cognoscit  
Imperator  
exclusa Ca-  
mera.*

*Licet de  
possessione  
tantum con-  
troversia  
sit.*

d. l. §. 16. Lymn. in jur. publ. lib. 2. cap. 9. n. 81. & seqq. contrarium sentit Reinking. de Regim. secul. & Eccles. lib. 10. class. 4. cap. 19. qui Cameram Imperialem tam de possessorio ordinario, quam summiissimo feudorum Imperii Regalium cognoscere posse autumat, & Blum. in process. Cam. tit. 41. n. 4. & 5. qui Cameræ cognitionem tam in ordinario, quam summiissimo tribuit, sed ambo solidè refutantur à Jac. Frider. Ludovici Einleitung zum Lehren, Process, cap. 1. §. 39. & seqq.

*Idem dicen-  
dum, quan-  
do lis est de  
parte feudi,*

37. Nec quicquam interest, de toto, an de parte tantum feudi quæstio sit, quia quidquid juris est in toto quoad totum, illud quoque est in parte quoad partem, maximè quando eadem ratio, quæ in toto, etiam militat in ejus parte; Imperatoris quippe non minus interest feuda regalia non dismembrari, quam in alium transferri. Schwed. d. l. §. 15. Gerdes. eleg. tract. de mand. avocat. cap. 16. §. 9. Dissentit Blumius. l. c. tit. 41. §. 6. motus Ord. Cam. p. 2. tit. 4. per vocem gānzlich/ sed &c. per particulam gānzlich non intelligi totum feudum, sed tota jactura in jure feudi. Idem obtinet in incorporatâ feudo Regali ditione alioquin allodiali, quia per incorporationem mutat naturam allodii, & pars feudi efficitur, ac proindè tanquam accessorium sequitur naturam sui principalis. Ludovici l. c. §. 37. Contrarium tuetur Itter. de feud. Imp. cap. 15. §. 6. sed sine fundamento.

*Vel aitione  
feudo Rega-  
li incorpo-  
rata.*

*Q. An Im-  
perator so-  
lus exclusis  
Imperiis Sta-  
tibus de feu-  
dis Regali-  
bus possit  
cognoscere.*

38. Verum utrum solus Imperator exclusis Imperii Statibus in causis feudorum regalium cognoscere, sententiām que ferre possit, ancipiti pugnā inter se decertant haud exiguae famæ DDres. Pfeffinger in not. ad Vitr. Inst. jur. publ. lib. 3. tit. 2. §. 62. verb. an absque &c. hanc quæstionem tanti momenti esse dicit, ut ea nequidem in exitu belli 30 annorum plenè decidi potuerit: Soli Imperatori hanc potestatem adjudicant Stammier. de reserv. Imp. concl. 14. Carpz. de lege Reg. Germ. cap. 9. sect. 12. n. 27. & plures alii: ad probandam autem suam opinionem adducunt primò suprà cit. Ord. Cam. in quâ Imperator sibi soli ejusmodi cognitionem reservasse legitur. Secundò Instrum. pac. Art. 5. §. quoad proces-

processum 55. qui habet : liberumque sit sue Majestati in  
 causis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri possent,  
 insu er etiam quorundam utriusque Religionis Electorum &  
 Principum sententias , & vota requirere. Tertio. textum  
 apertum lib. 1. f. tit. 18. cuius verba : si contentio fuerit de  
 beneficio inter Capitaneos , coram Imperatore definiri debet.  
 confirm. quartò Variis etiam recentioribus præjudiciis ; sic  
 Mathias Imperator in causa Lüneburg contra Braunschweig /  
 das Herzogthum Grubenhagen betreffend / solus sententiam  
 definitivam protulit ; Idem Mathias Imperator Anno 1613.  
 petitionem Hassiaco-Casselani de Principibus judicio Assesso-  
 ribus dandis in Comitiis Ratisbonensis rejecit , eique litis  
 contestationem sub præjudicio injunxit , quam litem Anno  
 1623. FERDINANDUS II. solus decidit : plura præjudicia  
 refert Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. class. 4 cap.  
 19. n. 28. & seqq. Econtrà Principum Imperii consilium in  
 decidendis his controversiis adhibendum esse contendunt  
 Lymnæ. de jur. publ. lib. 2. cap. 9. n. 32. & seqq. Struv. S. J. F.  
 cap. 16. aph 5. n. 3. Thomas. in not. ad Monzamban. cap. 5. §.  
 15. & alii , quorum sententia sufficiendæ exemplum Sigis-  
 mundi Imperatoris adduci solet , qui non tantum varias inter  
 Imperii status contentiones judicio Statuum terminavit, sed e-  
 tiam controversiam inter Henricum Lawenburgicum & Fri-  
 dericum Marchionem Misniae Electoratum Saxoniam concer-  
 nentem ad suam & illustrium Archi-Principum S. R. I. per-  
 tinere notionem , nec aliter , nisi Parium Curiæ arbitrio ,  
 expediri posse , aliquoties contestatus fuit ; ut refert Hyp-  
 polit. à lapide part. 1. de Rat. stat. germ. cap. 10. Sect. 2.  
 3. & 4. Confirm. hæc sententia per Instrum. pac. Art. 8. §.  
 gaudeant. vi cuius Imperator in negotiis totum Imperium  
 concernentibus Principum Imperii consilio uti debet , at cog-  
 nitionem de feudis Regalibus esse negotium totum Imperium  
 concernens , vel indè apparet , quod Principes non soli  
 Imperatori , sed toti Imperio fidelitatem jurent , Imperiique  
 Vasalli dicantur ; huic accedunt Capitulationes Cæsareæ ,  
 Capit. FERDINANDI III. art. 40. LEOPOLDI art. 39.

JOSEPHI art. 38. & CAROLI VI. nunc glorioſiſſimè re-  
gnantis art. 20. Neque dicas ex d. art. 20. ſequi etiam Ca-  
meram Imperialem de feudis Regalibus cognitionem habere.  
ibi und darüber wir entweder an dem Reichs-Hof-Rath / o-  
der unferem und des Reichs-Cammer-Gericht pro administra-  
tione iuſtitiae angerufen und imploriret werden. Et enim in  
cit. art. 20. non tantum diſcurſum moveri de Electoribus,  
Principibus & Statibus, qui propriè feuda Regalia poffident,  
ſed etiam de aliis, qui feuda Regalia non habent, respectu  
Statuum feuda Regalia poffidentium tantum cognoscit iudi-  
cium Imperiale Aulicum, respectu aliorum implorari potest  
Imperator vel in iudicio Imperiali Aulico, vel Camerā Im-  
periali. Argumentis primæ ſententia ſatisfacit Ludovici d.  
l. f. 43. cum ſeqq. ubi posteriorem ſententiam variis argu-  
mentis ſtabilire conatur.

*Orta inter  
Imperato-  
rem et Impe-  
rii Vasallum  
lite Status  
Imp. judices  
ſunt.*

39. Ex his inferunt Statibus Imperii cognitionem cau-  
ſe competere, ſi Imperatorem inter & Imperii Vasallum li-  
oriatur; ſi enim quā Imperator cum Vasallo Imperii litiget,  
præter generalem juris feudalis constitutionem ſpeculum  
Suev. cap. 23. Paribus Curiae cognitionem adſcribit, cui ac-  
cedit constitutio Friderici Imperatotis *de pace Constantiae* §.  
*Sententia veri.* & ſi qua controverſia, ubi Fridericus Imp. ju-  
dicio Parium in controverſia feudalii ſe ſubjicit: ſi verò con-  
ſideretur quā Archi-Dux Austriae Status Imperii eſt, de quo-  
rum controverſiis Status quoque cognoscere modō oſtentum  
fuit.

*Vicariis Im-  
perii po-  
ſuunt cognos-  
ſere de feu-  
dis Regal-  
buſ adhibi-  
tiſtis Statibus  
Imp.*

40. Sed quid de Vicariis Imperii dicendum? Eos de mi-  
noribus Imperii feudis judicare poſſe, nemo facilē in dubi-  
um revocabit, de Regalibus tamen complures judicandi po-  
tentiam Vicariis negant, inter quos eminent Struv. S. F. F.  
cap. 16. aph. 5. n. 4. Vitriar. Instit. Fur. publ. lib. 3. tit. 7.  
§. 9. Math. Stephanii *de jurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 5. n. 50.*  
Arum. ad. Aur. Bull. diſc. 3. concl. 40. Verū cū omni-  
moda jurisdictione in ipſa A. B. Vicariis Imp. concedatur, &  
insuper juxta communem regulam omnia à Vicariis fieri po-  
ſint, quæ ab Imperatore, niſi diſertè prohibita reperiantur,

de

de his quoque adhibitis tamen Curiæ Paribus Eos cognoscere posse arbitramur.

41. Obj. 1. A. B. cap. 5. §. 1. ubi investitura in feudi Regalibus Imperatori & Regi Romanorum reservata, ergo & cognitio de his feudi à diversis ad diversa non fieri bonam illationem.

Obj. 2. Ord. Regim. de Anno 1521. §. 6. & Ord. cam. Respondent part. 2. tit. 7. ubi cause Principatum, Ducatum, vel comitatum concernentes Imperatori sunt reservatae sive textus hos loqui de Imperatore vivo, Eumque opponunt Regimento, quod olim erat, & judicio Cameræ Imperialis, quod adhuc dum est; nos autem loquimur in casu Imperatoris mortui, ubi Vicarii sicut ipse Imperator, judicio Camerali opponuntur. Vide Lynn. de jur. publ. lib. 3. Cap. 12. n. 52. Pfessing. in not. ad Vitr. l. c. Schwed. introduct. in jus publ. part. Spec. Secc. 1. cap. 9. §. 17. Itter. de feud. Imp. cap. 25. §. 19. Ludov. d. cap. 1. §. 51. & seqq.

42. Illud etiam queri solet, ad quem cognitio in causis subfeudorum Imperii pertineat? & sive ut suprà n. 29. ad Dominum subinfeudantem, per cuius sententiam si pars se gravata putet, ad summa Imperii judicia tanquam judicem superiore appellare potest. Ludewig. disp. de primo foro subfeudorum Imperii. Ludov. cit. cap. 1. §. 55. & seqq. ubi varia exempla allegat præcipue wegen dem Reichs-Alster-Lehen der Grafschaft Nierberg.

43. Quæritur, an etiam Austregæ in causis feudalibus possint esse judices? de feudi Regalibus negativa est certa, cum juxta dicta de iis nequidem Camera cognoscere possit, de non Regalibus nullus quidem textus Austregis cognitionem de feudi prohibens reperitur, quia tamen cause feudales nonnihil privilegiatae sunt, & coram quocunque judice ventilari nequeunt, hinc etiam feuda non Regalia ad Austregas trahi communiter negatur Gail. lib. 1. obs. 1. n. 54. & seqq. Itter. de feud. Imp. cap. 25. §. 21. Rhetius Inst. Jur. publ. lib. 4. tit. 2. Pfessing. ad Vitr. cap. 4. tit. 5. §. 13. lit. a. Schubart de Austreg. cap. 5. n. 110. nihilominus in causa

feudali def Guts Gunzendorff commissio Austregalis Electori Moguntino quā Episcopo Bambergensi fuit delata, & ab hāc Austregali commissione sententia pro Reverendissimo & Celsissimo Principe & Episcopo Heribolensi contra nobiles de Stibar 17. Junii 1719. promulgata & in judicio Appellat. Camer. Imper. 17. Jul. 1722. confirmata: allegat tamen exemplum in causā deren von Münster A. 1697. ventilatā Ludov. cap. 1. §. 84. ubi litem inter Dominum directum & Pares Curiae agitatam fuisse docet. Quid obtineat in Episcopatu Bambergensi, Idem docet §. 83. quid in Moguntino, Trevirensi, & Colonensi & aliis idem §. 87. & seqq.

*Modus procedendi in causis feudalibus idem est, qui in civilibus.*

44. Reliquum nunc est, ut de tertio articuli hujus membro, quo ordine scilicet & modo causae feudales agitari & finiri debeant dispiciamus: Cūm autem specialis procedendi modus jure feudali præscriptus non sit, idem omnino, qui in causis civilibus, observandus est, nisi singulare quid vel consuetudine feudorum generali, vel speciali aliquius curiae dispositum reperiatur. 2. f. 1. vers. strenuus. quemadmodūm igitur jure civili regulariter omnis causa est ordinaria, & plenam cognitionem requirit, ita etiam in plenisque causis feudalibus solenni juris ordine servato proceditur; ac proindē offerendus est ab auctore libellus petitionem ejus causāmque petendi continens, quām si judex videbit esse justam, citationem rei conventi decernit, hāc enim omnium judiciorum basis est, & fundamentum, ejusque omissione ponit subsecutorum nullitatem Clement. pastoralis. de re judic.

*Ratione citationis inter jus civile & feudale est differentia, quam tamen in praxi non observatur.*

45. Est autem inter hāc duo jura ratione citationis differentia, nam jure civili reus etiam unā citatione peremptoriā citari potest L. 53. §. 1. ff. de re judic. jure vero feudali præcisè trina septem vel decem dierum spatio distincta requiritur 2. f. 22. & 24. §. 1. quæ differentia hodiè non obtinet, sed eadem ratio citandi, quæ in civilibus, observatur, in quibus terminus citationis est arbitrarius. Illud etiam speciale esse quidam contendunt, quod Vasallus Dominum sine veniā injus vocare nequeat, at sublato pristino in jus vocandi

candi modo, ipsa venia impletatio quoque in usu esse desit, & dum ad libellum citatio decernitur, venia concessa censetur. Horn. jurisprud. feud. cap. 25. §. 17. Brunnem. ad L. 13. ff. de in jus vocando n. 2. Ludov. cap. 5. per tot.

46. Contingit autem saepius, quod Reus citatus in iudicio non compareat, ad cuius contumaciam coercendam singulariter quid constitutum legitur 2. f. 22. nimisrum quod, si Vasallus legitimè citatus non compareat, Dominus in possessionem feudi mittatur, ita tamen, ut Vasallo intra annum com-parenti restituatur possessio, si vero Dominus contumax fuerit, quod tunc Vasallo liceat Dominum coram judge superiore convenire, & si Dominus ei justitiam facere noluerit, eum deprædere. Sed & haec specialitas cessat, idemque modulus in contumaciam procedendi in causis feudalibus, qui in civilibus, locum habet, in quibus Reo neque ad tertiam citationem veniente lis pro negativè contestata acceptatur, ac in causa principali servato juris ordine proceditur. Recess. Imp. de Ao. 1654. §. würde hierauf 36. Gail. lib. 1. obs. 59. 60. & 80. Ludov. cap. 6. per tot.

47. Quodsi vero Actor & Reus se in iudicio sistant, fieri debet litis contestatio, de qua tractat. Ludov. Einführung zum Lehren Proces. cap. 9. per tot. quia est pars substantialis judicii ordinarii, sine qua sententia ferri non potest. cap. 10. de lit. contest. ne tamen lites temerè suscipiantur, jure communi introductum est juramentum calumniae §. 1. Inst. de ferre. pæn. tem. litig. quod an etiam in causis feudalibus præstandum sit, queritur? & R. sub distinctione: vel enim causa vertitur inter Dominum & Vasallum, vel inter ipsos vasallos, priore casu nec Vasallus a Domino, nec Dominus a Vasallo illud exigere potest 2. f. 33. §. 1. etiamsi Vasallus Domino fidelitatem nondum juraverit, tum quod cit. text. indistinctè loquatur, tum quod ratio remissionis juramenti induciva non sit juramentum semel præstitum, sed mutua fides, & reverentia, quam etiam sine juramento Dominus & Vasallus sibi invicem debent, quod reverentia & fidei vinculum cum in casu posteriori non subsit, juramentum calumniae

exactum necessariò præstandum est arg. 2. f. 1. si tamen iudex ob certas circumstantias ex officio hoc juramentum partibus deferre vellet , uti aliàs potest. cap. 2. §. fin. de juram. calumnia in 6. nihil videmus , quod obstat. Ludov. l. cit. cap. 12. §. 4.

*Reconven-*  
*tio in causis*  
*feudalibus*  
*locum habet.*

48. Aliquando etiam Rei ante vel etiam post litis contio testationem auctorem vicissim aliâ actione convenientiunt , quæ reconventio etiam in judicio feudalì admittitur , modò causa reconventionis pariter sit feudalìs , aut causæ conventionis ita annexa , ut separari commodè non possit , si enim sit diversa & non feudalìs , locum non haber reconventio , quia judici limitatam jurisdictionem habenti extra limites eam extendere non licet. Rosenth. cap. 12. concl. 5. n. 34. Mynsing. Cent. 4. obs. 90. Schambog. de feud. tit. 37. n. 3. & 4. an in causis feudalibus jurisdiction poslit prorogari , consule Ludov. cap. 2. §. 29. & de Compromisso §. 31. de transactiōne §. 40.

*Actori in-*  
*cumbit pro-*  
*batio.*

*In probatio-*  
*ne per testes*  
*jure feudalì*  
*specie*  
*quid consti-*  
*tutum est.*

49. Lite contestatâ ut in omnibus aliis , ita & in causis feudalibus , actor intentionem suam probare debet L. 2. ff. de probat. plerumque autem fieri solet probatio vel per testes , vel per instrumenta , in probatione per testes hoc speciale est , quod ad novam investituram feudi probandam non recipiantur alii testes , nisi Pares Curiae 1. f. 10. & 11. & 2. f. 32. nec sufficit istos testes probationis tempore Pares Curiae esse , sed tempore investiturae illos Pares fuisse requiritur 2. f. 2. quamvis econtra sufficiat illos tempore investiturae Pares fuisse licet dicendi testimonii tempore Pares esse desierint 2. f. 19. sed cum necessitas non habeat legem , in casu , quo Dominus investiturae tempore Pares non habuit , etiam extranei admittuntur 2. f. 2. in pr. & §. 1. vers. si autem investitura item 2. f. 33. in pr. vers. quod autem dictum est. Idem est , si Pares tempore investiturae absentes fuerint 1. f. 26.

Dictum fuit ad probandam investituram novam , nam ad docendam antiquæ investiturae renovationem extranei quoque , præter foeminas , sunt testes habiles 2. f. 32. in fin.

50. Non tantum in qualitate sed & in numero testium discrepat à jure communi jus feudalitum, dūm text. 2. f. 57. ad probandam Vasalli feloniam quinque testes summae, atque integræ opinionis requirit, cùm jure communi in quibuslibet causis arduis duo sufficient Ludov. cap. 10. per tot.

51. Etiam probationi litterariæ sua est specialitas, quamvis enim aliæ instrumenta maximè publica plenam fidem faciant, instrumentum tamen super novâ feudi investiturâ factum non aliter valet, quam si à duobus Curiæ Paribus subscriptum sit. 2. f. 2. & 32. Ludov. cap. 11. per tot.

52. Dicta hucusque de testium numero & qualitate, item de requisita ad valorem instrumenti subscriptione Parium hodiè abrogata, & ad similitudinem juris communis redacta sunt, ità ut tām ad delictum Vasalli, quām ad investituram feudi probandam duo testes omni exceptione majores sufficient, nec ad valorem litterarum investituræ subscriptio Parium necessaria sit. Struv. Synt. F. F. cap. 16. aph.

14. & 15 Stryck. E. F. F. cap. 12. q. 16.

53. Actore non probante etiam in causis feudalibus Reus absolvitur, licet nihil præstiterit, nam etsi in variis juris feudalis textibus de præstanto priùs juramento mentio fiat, ex his tamen minimè evinci poterit, regulam illam juris communis in causis feudalibus non obtinere, cùm tantum de Reo præsumptionibus gravato loquantur, ut luculenter apparet ex textu 2. f. 33. in verb. & cùm alicui datur, ità demum datur, si aliquid pro eo sit, quod judicem moveat. ubi nihil est quod faciat pro aliquo eorum præter possessionem solam, tunc secundum quod judici melius visum fuerit, aut possidenti dabitur Sacramentum: aut actore nihil probante, qui convenitur, etiam si nihil præstiterit Reus, tamen absolvitur, vel obtinet.

54. Præstabatur autem hoc juramentum sæpiùs cum Sacramentalibus, seu compurgatoribus, qui similiter iurabant se credere, id verum esse, quod litigator juravit, inter tales infusa erant, si jurandum esset Vasallo, sex ex ipsius agnatis esse debent.

debebant, Dominus verò vel agnatos, vel Vasallos, vel etiam meros extraneos adhibere poterat. 2. f. 33. vers. & cùm datur. quoniam verò assumptio illa sacramentalium multiplicibus exposita erat perjuriis, in desuetudinem abiit, & non nisi in crimen fracta pacis publicæ locum habet. Ord. Cum. part. 2. tit. 10. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 7. Ludov. cap. 12. per tot.

*Si portes  
ulterioribus  
probationi-  
bus renun-  
tient, judex  
ferre debet  
sententiam.*

*Quid in  
sententia  
ferenda ju-  
dex obser-  
vare debeat.*

55. Postquam ab ipsis partibus vel expressè vel tacite anterioribus probationibus renuntiatum est, judex ad ipsius causæ cognitionem procedere, eamque per sententiam definitivam decidere debet, hanc si ferant Pares Curiæ, vocatur laudum Parium, vel laudamentum 1. f. 21. & 22. V. Sancimus.

56. In ferendâ hâc sententiâ ante omnia inspiciendus est tenor litterarum investituræ 2. f. 12. & 2. f. 18. si plures & diversæ de eodem feudo investituræ fuerint prolatæ, antiquiori standum; nam cum investituræ illæ posteriores tantum sint priorum confirmationes, mutatio per errorem facta præsumitur. Schrad. part. 5. cap. 2. n. 31. & seqq. Vultej. lib. 2. cap. 3. n. 22. nisi de novâ Domini & Vasalli voluntate constet. Schrad. d. l. n. 39. hâc enim & Vasallo & agnatis præjudicat, si ille de novo feudum acquisiverit, si verò ab alio ad eum devolutum sit, in præjudicium agnatorum nihil mutare poterit. Schrad. d. l. n. 41. & 42. Rosenth. cap. 6. concl. 69. Si in litteris Investituræ dubium decisum non sit, speciales locorum consuetudines attendendæ. Rosenth. cap. 1. concl. 13. & 14. Struv. S. J. f. cap. 1. aph. 12. Si consuetudo specialis deficiat, observanda est consuetudo feudorum generalis Struv. d. cap. 1. aph. 13. si nec jure feudali casus expressè decisus reperiatur, videndum, an non ipsa ratio legis cuius proposito accommodari possit, Rosenth. cap. 1. concl. 15. his verò omnibus deficientibus ad jus civile vel canonicum configiendum, quæ jura si inter se discrepent, jus Canonicum in terris Ecclesiæ, Civile verò in terris Imperii præfendum. Plura de conceptione sententiæ vid. adud Ludov. cap. 13.

57. Si pars litigans per sententiam à judice feudali latam se gravatam putet, remedio appellationis, aliisque remediis causarum sententiae impugnativis sibi consulere potest, in quibus eadem, quæ jure communi constituta sunt, accuratè observanda; sic conformiter juri civili à judice feudali inferiore ad proximè superiorem, & tandem nullo judice intermedio omisso ad summa Imperii tribunalia appellandum est *arg. Nov. 17. cap. debet.*

*3. in fine & L. 21. ff. de Appell. & Relat.*

Obst. 1. f. 22. §. fin. &c. in causis feudalibus hodiè servari ordinem judiciarium communem, non longobardicum. *Resolvitur text. 1. f. 22.*

Coccej. *Hypp. f. tit. 13. §. 17. n. 4.*

58. Si non adsit judex feudalis superior, putà si Dominus rem liberam & allodialem alicui in feudum dederit, distinguendum est, utrum ille Dominus sit subditus illius Principis in cuius territorio feudum situm est, an vero non sit subditus, si sit subditus, ad Dominum territorialem, secùs ad summa Imperii tribunalia provocandum. *Ludov. cap. 14. §. 6.*

& seqq.

59. Observanda quoque sunt definita in causis civilibus *Fatalia ap-* ad appellandum tempora. Non obstante textu 1. f. 22. lo- *pellationis eadem sunt,* quitur enim de appellatione ad Imperatorem de feudo Rega- *qua jure communi.* li factâ.

60. Ne autem auctoritas rerum judicatarum eludatur, sententia à partibus vel expressè vel tacite approbata execu- *Sententiae executio fit* tioni mandanda est, quæ interdùm fit in ipsum feodium, in- *vel in ipsum feodium vel in fructus feudi.* terdùm tantum in fructus feudi, illa non nisi ratione debiti merè feudalis, vel cum consensu Domini contracti, hæc ve- *in fructus feudi.* rò ratione cujuscunque debiti decerni potest, quia fructus bonis Vasalli hæreditariis annumerantur ubi.

61. Quæritur, quisnam sententiam feudalem exequatur? quin judex feudalis mandando ut Reus sub periculo amissionis feudi sententiæ pareat, vel etiam immisionem in bona decernendo sententiam à se latam exequi possit, non est dubium, realis tamen immissio à judice ordinario ad hoc à Domino vel paribus requisito fieri solet. *Vultej. lib. 2. cap. 3. n. 29. Rosenth. cap. 12. concl. ult. n. 16. & 17. Struv. S. f. f. cap.*

f. cap. 14. aph. 31. 32. & 33. Cæterum Vasallus vi privatâ laudum armis ipse exequi non potest, sed judicem Domini contumacis, & feudi superiorē adire, & sententiæ à Paribus Curiæ latæ executionem petere debet, qui ubi executioni impar est, Vasallo feudum propriâ auctoritate occupare licet.

Obj. 2. f. 22. in fine r. hunc textum sumendum esse de specie ubi judicis superioris copia deficit, aut is sententiæ executioni impar est, sive ob Domini potentiam, sive ob tumultum & rebellionem. Schilter Inst. f. f. cap. 10. §. 13. hinc quod 1. f. 24. §. illud habetur ex t. 2. f. 22. supplendum erit.

In feudis  
Imperii  
executio  
fit à Ducibus  
Circulo-  
rum.

62. In feudis Imperii sententiæ executio non fit ab ipso Imperatore, sed à Ducibus Circulorum, & si unus Circulus non sufficiat executioni, vel ipsum quodammodo executio concernat, vicini in subsidium vocantur. Ut patet ex Recels. Imp. de Ao. 1654. §. 160. Ord. Cam. part. 3. tit. 49. §. 3. Land Fried de Ao. 1522. tit. 23. Recels. Imp. de Ao. 1555. §. 62.

Dominus  
gaudet  
beneficio  
competen-  
tie non  
etiam Va-  
sallus.

63. Pro coronide illud notandum, quod Dominus condemnatus gaudeat beneficio competentiæ 2. f. 58. & arg. L. 17. ff. de re jud. nisi Vasallus æquè pauper sit. arg. L. 6. Cod. de servit. & aqua. Schrad. part. 2. cap. 3. n. 93. Vasallus econtra ad faccum & peram exequi possit, nisi actu miles fit. arg. L. 6. 8. & 13. ff. de re jud. L. 7. ff. de Castr. pecul. Thyll. in Not. ad E. f. f. Stryck. cap. ult. q. ult.

Atq; hisce concludimus universam jurisprudentiam feudalem, in quâ, si errores irreperint, brevitati temporis adscriendum est, dum fortè proximè pleniùs deliberandi spatium erit, non tantum correctior & emendatior in lucem prodibit, sed etiam solidis notis in usum studiosæ juventutis illustrabitur.

# O. A. M. D. G.

CO-

• • • •


# COROLLARIA EX JURE UNIVERSO.

- I. *Jus Eligendi regulariter solis Capitularibus Ecclesiae vacantis compedit, per privilegium tamen & prescriptionem etiam Clerici extranei illud jus consequi possunt.*
- II. *Abbas alicujus Monasterii in Episcopum recte eligitur.*
- III. *Compromissarius Electionem de se factam acceptando potest Majora efficere.*
- IV. *Prælatus bona Ecclesiae immobilia nequidem pro aliis utilioribus liberè alienare potest.*
- V. *Hæreditatem tamen vel legatum rei immobilis Ecclesiae relatum validè repudiatur.*
- VI. *Jus Assyli Reis ad Ecclesiam confugientibus legibus tūm Civilibus, tūm Canonicis constitutum est.*
- VII. *Hoc Jure non tantum Laici, sed etiam Clerici & Religiosi, imò, Hæretici, Judæi, ceterique Infideles gaudent.*
- VIII. *Qui in Duello alterum occidit etiam Immunitate locali gaudet.*
- IX. *Pactum Anticreticum tanquam usurarium merito à Ss. Canonibus improbatur.*
- X. *Sicut & pactum legis Commissorie pignori adjectum.*
- XI. *Rex Romanorum etiam vivente Imperatore eligi potest.*
- XII. *Qui tamen non nisi Vicariam Potestatem habet.*
- XIII. *Sede Moguntinâ vacante Capitulo non competit Jus convocandi Electores Imperii.*
- XIV. *Ad Electionem Imperatoriam omnes Electores, etiam de Electoratu nondum investiti, vocandi sunt.*
- XV. *Elector ad Electionem Imperatoriam non vocatus eam ut nullam impugnare nequit.*
- XVI. *Nec Mandarum sui Legati ad certam personam restringere potest*

- 3 — ○ (3)
- XVII. *Procurator in judicio victus appellationem interponere, non etiam interpositam prosequi tenetur.*
- XVIII. *Sententia in judicio per falsum procuratorem agitato lata in favorem falsi procuratoris non roboratur per Ratificationem Domini.*
- XIX. *Donatio omnium bonorum tam presentium, quam futurorum, valida est.*
- XX. *Minor 25. annis sine consensu Curatoris mortis causâ donare potest.*
- XXI *Sicut & filius familias de peculio adventitio extraordinario.*
- XXII. *Licet de eo testamenti factio[n]em non habeat.*
- XXIII. *Actiones familiæ Erciscundæ, Communi Dividendo, & finium Regundorum merè personales sunt.*
- XXIV. *Juramentum judiciale ab Actore, qui in probatione omnino defecit, Reo delatum, non operatur necessitatem præstandi, aut referendi.*
- XXV. *Quamvis Accusator in probatione deficiens Accusato ad sui absolutionem Juramentum deferre non possit.*
- XXVI. *Accusatus tamen ad sui condemnationem Accusatori Juramentum Judiciale rectè defert.*
- XXVII. *Utrum Compensatio locum habeat in Deposito, & Commodo, sub distinctione resolvo.*
- XXVIII. *Invasus non tenetur fugere.*
- XXIX. *Principi contra legem DEI & Naturæ præcipienti minimè parendum est.*
- XXX. *Homines otiosi ad labores cogi & incorrigibiles relegari possunt.*
- XXXI. *Carmen musicum invito Domino furtim describens in Chartâ propriâ, ejusdem dominium quidem nanciscitur, non tamen eousque, ut non possit Conveniri vel furti, vel injuriarum vel Legis Aquilæ actione.*

F I N I S.





## TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



© The Tiffen Company, 2007